Quem in ecclesiam ducentes licet plurimum reni
tentem in cathedra collocauerunt. Ipse autem
eandem quam prius humilitatem et morum gra
uitatem in omnibus sectabatur. In orationibus per
uigilabat corpus macerabat mulierum
consortia fugiebat. Humilis erat in sus
cipiendo efficax in loquendo, ala
cer in exhortando seuerus in corri
gendo. Fertur quoque sicut in quadam cronica

legitur beatum nicholaum in niceno interfuisse
concilio. Quadam die dum quidam
naute periclitarentur sic cum lacrimis
orauerunt. Nicholae famule dei si
uera sunt que de te audiuimus nunc ea
experiamur. Mox quidam in eius similitudine
apparuit dicens. Ecce assum uocastis
enim me et cepit eos in antenna et
rudentibus aliisque ad iuuare armamen
tis nauis statimque cessauit tem
pestas. Cum autem ad eius ecclesiam uenissent
quem nunquam uiderant sine indice cognoue
runt. Tunc deo et sibi de sua liberatione
gratias egerunt. At ille diuine misericordie et eorum
fidei non suis meritis attribuere docuit.
Quodam tempore tota prouincia famem ua sancti nicholai
lidam patitur ita ut omnibus deficeret
alimonia. Audiens autem hic uir dei naues
onustas tritico portum applicuisse
illuc accessit, precatus rogauit nautas
ut saltem .c. modios per unamquamque
nauem fame periclitantibus subuenirent.
Cui illi non audemus pater quia mensurati
sumus alexandrie et nos in horreis imperatoris
reddere. Quibus sanctus inquit facite ut
quod dico et uobis in dei uirtute promitto
quod nullam diminutionem habebitis apud
regiam exactionem. Quod cum fecissent
tantumdem mensure quantum alexandrie
acceperant reddiderunt ministris
imperatoris. Deum miraculum referunt
et deum in suo sancto magnificant lau
dant et extollunt. Frumentum autem uir dei
cunctis indigentibus uir dei distribuit
ita ut miraculose duobus annis non
tantum ad uictum sufficeret sed et ad usus
seminis habundaret. Cum autem regio
illa ydolorum deseruiret precipue nep
hande diane simulacrum plurimus colu
erat adeo ut usque ad tempus uiri
dei nonnulli rustici ritum religionis
execrabilis exercerent sub quadam arbore

consecratum dyane simulacro populus adhuc
ritus exercebat gentiles ita ut vir dei
plurimum ritum de omnibus finibus expulit
ipsum quoque arborem precidi mandavit.
Sed antiquus ex hoc contra eum hostis quoddam
oleum mydiacon quod contra naturam in aqua et
lapidibus ardet confecit seque in
formam mulieris religiose trans
figurans quibusdam ad virum dei navigan
tibus in quadam sagenula obvians sic
affatur. Vellem vos mecum ad sanctum nicolaum
venire sed nequeo. rogo igitur ut hoc oleum
ad eius ecclesiam deferatis et ob memoriam
mei parietes aule eius liniatis
et statim evanuit. Et ecce aliam navim
videntes cum honestis personis ipsi conspiciunt
unus erat similimus sancto nicholao qui sic
ait illis: Heu quid mulier illa vobis locu
ta est uel quid attulit? Illi autem cuncta per
ordinem narraverunt. Quibus ille: Hec est
impudica dyana et ut me verum dicere
comprobetis oleum id in mare proicite. Quo pro
iecto ingens ignis in mari succen
ditur et contra naturam diutius in mari
ardere aspiciunt. Venientes ad servum dei
dixerunt: Vere tu es ille qui nobis ap
paruisti in mari et ab dyaboli insidiis liberasti.
Eodem tempore cum quedam gens contra im
perium rebellasset contra eam imperator tres
principes nepotianum ursum et apo
lionem misit quos portu adriatico ob
ventum contrarium applicantes beatus nicholaus
ut secum comederent invitavit volens
gentem suam a rapinis eorum protegere
quas in nundinis exercebant. Interim dum sanctus
abesset consul corruptus pecunia tres
innocentes milites iussit decolla
ri. Quod ut sanctus audiens rogavit
principes illos ut secum illuc usque pro
perarent. Veniens ergo ad locum
ubi decollandi erant invenit eos po
plite flexo et facie iam velata et spi
culatorem ensem super eorum capita vibran
tem. Ac nicholaus zelo accensus in lictorem
se audacter ingessit et gladium de manu
eius eminus proiecit innocentes quoque sol
vens eos incolumes secum duxit. Statim
ad pretorium consulis properat et fores
clausas vi reserat. Mox consul occurrens
salutavit eum. Ille autem aspernens sic dixit:
Inimice dei legis prevaricator qua teme
ritate presumpsisti tam conscius sceleris tu
vultum conspicere nostrum. Cumque plurimum
obiurgasset ad tamen preces principum modicum
illorum dum eum penitentem benigne re
cepit. Recepta igitur benedictione imperiales
nuntii properant iter ipso sine san
guine hostes subiciunt. Redientes
quoque ab imperatore magnifice sunt recep
ti. Quidam autem eorum felicitatibus invide
tes prefecto imperatoris de lese eos ma
iestatis crimine accusaverunt. Quod cum
imperatori suggessissent ille nimio fu
rore repletus eos in carcerem precepit
ac sine aliqua interrogatione eos illa noc
te occidi mandavit. Quod cum a custode
didicissent scindunt vestimenta sua et
gemere amare ceperunt. Tunc unus eorum
scilicet nepotianus recolens qualiter beatus ni
colaus tres innocentes liberasset exor
tatus est alios ut eius patrocinia fla
gitarent. Quibus orantibus sanctus ni
colaus constantino imperatori dicens: Cur illos
principes tam iniuste comprehendisti et morti
sine crimine adiudicasti? Surge velo
citer eos quantocius dimitti iubeto. Sin au
tem deum ut tibi suscitet bellum in quo
tu corruas et bestiis cibus fias. Cui im
perator: Quis es tu qui hac nocte palatium
meum ingressus talia audes loqui?
Cui ille: Ego sum nicolaus mirree civita
tis episcopus. Similiter et prefectum in visione
perterruit dicens: Mente et sensu perdite
cur necem innocentium consensisti? Perge

cio et eos inde liberare sin autem corporis
tui membris saciaret et domus tua incendio
destrueretur. Cum ille. Quis es tu qui tanta
nobis minaris. Ait. Scias me esse nico
laum mirensis civitatis episcopum. Vigi
lantibus statim nuncio simili compellen
tibus eos ... ille in carceres quorum uterque
quibus ait imperator Quis magnificas
artes nostis ut tantis nos illuda
tis sompniis. Cum respondissent se magos
non esse nec mortis sententiam meruisse at
imperator nostis inquid hominem cui nomen est nico
laus? at illi audito hoc nomine manus
extenderunt ad celum rogantes deum
ut eos sancti nicolai meritis a presenti periculo
liberaret. Et imperator totam vitam ei et
miracula ab eis didicisset. Dixit eis
ite et deo gratias agite qui vos eius preci
bus liberavit. Sed et de meis ... ferte gau
diolis rogantes eum ne ulterius mi
nimas non mittat sed pro me et rego
mo ad dominum preces fundat. Post pau
cos vero dies predicti viri ad dei famulum
venerunt moxque ad pedes eius humiliter
se prosternunt dicentes vere famulus dei es
tu. Te colere et amare xristum. Cumque ei omnia
per ordinem retulissent ille elevans in
celum manibus et in nisas deo multas
laudes ac bene instructos principes
ad propria remisit. Cum autem dominus eum vellet
assumere rogavit deum ut angelos
suos sibi mitteret et inclinato capite
angelos ad se venientes vidit et deo
psalmo. In te domine speravi. usque In manus
tuas commendo spiritum Anno domini cccxliiii. <u>ccxliij</u>
Ubi celestium melodia audita est. Cum
sepultus fuisset in tumba marmo
rea a capite fons olei et a pedibus fons
aque profluit et usque hodie ex eius membris
sanctum redundat oleum valens ad sa
lutem multorum. Successit autem ei in sede
locum quem ... a sede sua ab invidis est
depulsus quo eiecto oleum fluere
desiit sed oleo revocato pariter eius
manavit. Post multum vero temporis turci civitatem mirrea
rum destruxerunt milites barenses
xlvii illuc profecti et monachis sibi ostensi
dentibus tumbam sancti nicolai aperuerunt
ossaque eius in oleo natantia in
ve...... barensem detulerunt
Anno domini mlxxxvii. Vir quidam
ab iudeo mutuo quandam summam pecunie
mutuo accepit iuravit super altare
sancti nicolai cum alium fideiussorem habere ne
queat quod quam cito posset sibi redderet. Te
nente autem illo diu pecuniam iudeus illam
expostulat sed eam sibi reddidisse af
firmat. Trahitur igitur eum ad iudicium
et iuramentum indicatur debitori. Ille ba
culum cavatum quod auro minuto imple
verat secum detulerat ac si eius amminiculo
indigeret. Volens igitur facere iuramen
tum iudeo baculum tradidit tenendum
iuravit ille quod plus sibi reddidisset
quam deberet. Sed facto iuramento baculum sibi re
petiit et iudeus ignorans astutiam eius
sibi reddidit. Rediens autem qui fraudem
fecerat in ... bivio oppressus sopore
sompno currus qui pervenit magno impe
tu veniens eum necavit et plenum baculum
auro fregit et aurum effudit. Audiens
hoc iudeus concitus illuc venit. Cum
dolum intellexisset et a multis suggereretur
ut aurum reciperet omnino renuit nisi qui
defunctus fuerat ad vitam beati nicolai
meritis rediret asserens se statim fieri bap
tismum suscepturum et se xristianum futurum.
Continuo autem qui defunctus fuerat susci
tatur et iudeus in xristi nomine baptizatur. Ite
dum iudeus beati nicolai miraculosam
potentiam intuens ymaginem fecit
.... Sibi sancti precepit et in sua domo
collocavit. Cum res suas cum aliquo
longius iret committit omni ... hoc ...

filia vilia dicens sancte nicolae omnia bo-
na mea vobis custodienda commisi ut
omnia custodires. Verum ecce [illegible] vel
totum de vobis verberibus et flagellis. Quadam
igitur vice dum alterius fines advenisset
cuncta rapiunt. Tunc per imaginem
derelictam iudeus ad rediens et se
spoliatum videns per imaginem alloqui-
tur his vel similibus usus verbis. Domine nico-
lae nonne in domo mea vos posueram
ut res meas a furibus servaretis. Cur hoc
facere noluistis. Igitur durum cruciatum re-
pies et pro latronibus pena luetis. Sic
ergo dampnum meum vestris tormentis
recompensabo et furorem meum mitigabo.
Et ita verberibus et flagellis acriter eam
cedit. Per imaginem dire eam verbera-
vit. Dire quidem flagellans in vindictam et
suspendens durissimis furibus qui
furati erant. Sanctus dixit tunc illis et ex-
cepissetis apparuit hiis illam ubi eam
tunc pro vobis tam dure verberatus sum.
Tunc corpus meum totum passus est ecce quomodo cor-
pus meum livet ecce qualiter verberibus cru-
entatum est sanguinis vel pro quo erit
et reddite cuncta que tulistis alioquin
dei omnipotentis iram vos deseviet
et scelus vestrum in medium publicabitur
et quilibet vestrum suspendio morietur.
Cui illi. Quis es tu qui nobis talia loqueris.
Et ille: Ego sum nicolaus servus ihesu
christi quem iudeus ille pro rebus suis quas tuli-
stis tam crudeliter flagellavit. Terri-
ti ergo illi ad iudeum veniunt miracu-
lum referunt ab eo quod per imaginem factum
audiunt cuncta reddunt. Sicque la-
trones ad viam rectitudinis redeunt
et iudeus fidem amplectitur. Salvatoris
Vir quidam pro amore filii sui litteras
addiscentis festum sancti nicolai annuatim
sollempniter celebrabat. Quadam igitur vice
pater puero convivium parante et multos
clericos invitante venit diabolus ad ia-
nuam in habitu peregrini petens elemosi-
nam. Statim pater filio ut elemosinam
daret peregrino precepit. Puer sed peregrinum minime
inveniens insequitur. Cum ad quadrivium
pervenisset apprehendens eum diabolus strangu-
lavit. Quod cum audiens pater vehementer
ingemuit corpus tollens et in thalamo
collocavit cepitque pre dolore clamare
ac dicere. Fili dulcissime quomodo est tibi. Sancte
nicolae hec est merces honoris quam tibi
tam diu exhibui. Et cum hec diceret ecce
statim puer oculos de sompno evigilans
oculos aperuit ac surrexit. Vir quidam
nobilis rogavit beatum nicolaum ut sibi
filium a domino impetraret promittens se
filium ad eius ecclesiam ducturum et cyphum
aureum oblaturum. Filius igitur nascitur et ad
etatem perducitur et pater cyphum fieri iubet. Cyphus autem
sibi valde placuit. Illum eum ad opus
usibus retinuit et alium equivalentem sibi fieri precepit. Cum
navigarent ad ecclesiam sancti nicolai navibus
pater filio ut in illo cypho quem primo fieri
fecerat aquam sibi afferret precepit. Puer autem cum velle-
hauriret aquam cum cypho in mare cecidit
et statim disparuit. Pater tamen amare flens
votum suum perficit. Veniens
igitur ad altare sancti nicolai cum cyphum
secundum offerret tamquam proiectus de altari
cecidit. Cum autem eum elevasset et super
altare iterum posuisset rursus
de altari longius est proiectus elevat
autem super altare iterum eum et ideo positus et ad
huc longius est proiectus. Mirantibus
omnibus ad tam grande spectaculum
ecce puer sanus et incolumis advenit
primum cyphum in suis gestans mani-
bus narravitque coram omnibus quod cum in
mare cecidisset statim beatus nicolaus affuit
et eum illesum servavit. Sicque pater
eius letus effectus utrumque cyphum beato
nicolao optulit. Quidam vir

dnes mitis bi incolat filii huius q.
adeo dicti uocantur li g᷑ co d᷑i anpel
lani incolo sua ꝯ similiens oi anno
festum ei᷒ sollempnius celebrant. Sunt
ꝗ locis ille sinus mr̄ chiin agnete
nob. ad̄s ctus qui adi uite abagni
tenis capit᷒ qui ad ꝯtinuum reg᷑
eoꝝ depinatus sexti anno d᷑ festū
sci mic᷒ piens deuote celebrec
ꝑpā q᷑ ipsum ꝑ ao sium regi assist᷑
et reuoluto sua captiuone ꝑeimū
dolorē ꝛ gaudium ꝑ domo sua ea
die fiebat reptio q̄ alans suspira
re quoꝝ suspiriorꝝ cām d᷑ rex in
uit extorsis ait rex quasi cums
nuto agne cuilꝫ nobis manebit ꝛ tu
co fō ueuto uehemēter cotidie
ꝯ ueniente pui ai q᷑ pho rapi ꝛ au
fores eāe ut ꝑentes agebant sol
lempnia colloca ꝛ magnū gaudiū
omībꝫ gula. Ali qnoꝛ le q̄ pilt in
ueuit fuis de normānia cum ale
mare peiges ꝛ a soldano captus
cū eum sepe rebabet quid i festo
sci nic᷒ iubarē i in carcerē inclus᷒
terie flere ꝛ sua ubacōne rasta
ma q̄ mirat hic ꝯ sueuat sibito ob dor
miuit ꝛ euigilans in capella ptis
sui se inuenit De ethimo᷒ nomis

Ucia di aliud lux ei hō pul
chritudine inaspectione que
de ambit lucis nā hic est nō omis ei᷒
inaspectu gum sic diffusionē sua
sine aliqua iquinatē q̄ ꝑ q̄ aiꝫ inni
da diffusa nō coīquinat ꝛ recti in
cessū sui curuitate longissimam
lineā ꝑtrālit sine dilatōne mora
sic ꝑl; aud dē q̄ bā lucia hic decorē
uginitatis sui aliq corruptē diffu
sionē caritas sine aliquo inuido
amore rect᷑ icessū i tentōe i deū
sui ali q̄ obliquitate lōgissimā lineā

Diuine ꝯpunctōnis sine negligēcie
curditate ul' dī lucia q̄ lucis uia

Ucia uirgo De sci lucia
ꝯ siracusana nobilis gne
audiet famā scē agathe
ꝑ totam siciliam diuulgari sepltm
eius adiit cum matre sua euthi
cia ānis iiii᷑ mariibus fluxū
sanguinis ꝑ iactetenis ipā g᷑ int
sacꝛ sollēpnia ꝯ tingit in ꝯ euān
glim legēt i in quo dominū mulierē
ab hac passione sanasse narrat.
Tunc lucia matri d᷑ si credis his q
legunt crede ad agathā illū
ꝑ hic ꝑsentem ꝑ cui᷒ noie sum
mo ꝑ passionē dig᷑ eius sepltm
accedes actigis ꝑfri ꝯ tu᷒ sanara
te gaudebis. g᷑ recedentibꝫ ciūctis
ꝛ matre ꝛ filia excitibꝫ iux sepltm
mone lucia sopnus arripuit
uidit q̄ agathā i meo angloꝝ
gēmis ornatā stantē i dicentē
soror mea lucia uirgo deo deuo
ta quid ame ꝑtis q̄ ipā ꝑotīs
ꝑstare ꝯ tinuo m̄ri tue nā ecce
ꝑ fidem tua sanata ē euigilās
ꝯ lucia m̄ri d᷑ mr̄ mea ecce sana
ta ē ꝑ ipam quoꝛ te deꝑcor q̄ sine
oīōmibꝫ te sanauit ne m̄ de cetō
noīes sponsum sꝫ q̄dq̄ m̄ erat
datū ꝑ dote ꝑ ꝑtipibꝫ erogare d᷑
m̄r tēge oclos meos ꝛ q̄dq̄ uolueris
de facultatibꝫ facito ad q̄ lucia
quod moriēs das id̄o das q̄ tecū
ferre n̄ potes ꝯ dū uiuis ꝛ mice
de hēb᷑ cū g᷑ redissent sic cotidie
distrahēt ret᷑ ꝛ dant ꝑ incitabi pau
ꝑum. it᷑ ea dum ꝑ ꝯ uō m̄n de tra
hēt ꝛ distribuit ad spōsū nonam
ꝑuenit teste sponsus ainur ꝯ
de hoc tū deo illa caute q̄ meliorē
ꝑ fessiōez spōsa sua i uenitꝫ q̄ suo uolebit

noie ꝯpatre



et ideo melius aliquam distrahere. Credidit stultus carnale commercium et cepit auctor esse ne dedignatur. Venditis autem omnibus et pauperibus erogatis sponsus eam tradidit consulari Paschasio, dicens eam christianam esse et contra leges agere augustorum. Invitatam igitur eam Paschasius ad sacrificia idolorum, respondit: Sacrificium placens Deo est pauperes visitare et eis in necessitatibus subvenire, et quia iam amplius non habeo quod offeram, meipsam offerendam Deo offero. Cui Paschasius: Ista verba similibus tui christianis narrare poteris, non autem mihi qui principum decreta custodio. Cui Lucia: Tu principum tuorum decreta custodis et ego Dei mei legem custodio. Tu principes times et ego Deum timeo. Tu illos offendere caves [et ego Deum me non offendere caveo]. Tu illis placere desideras et ego ut Christo placeam concupisco. Tu ergo fac quod tibi utile esse cognoscis et ego faciam quod mihi utile esse perspexero. Cui Paschasius: Patrimonium tuum cum corruptoribus expendisti et ideo quasi meretrix loqueris. Cui Lucia: Patrimonium meum in loco tuto collocavi, corruptores autem mentis [et corporis] numquam admisi. Cui Paschasius: Qui sunt corruptores mentis et corporis? Lucia dixit: Corruptores mentis vos estis qui suadetis animas suum relinquere creatorem; corruptores vero corporis sunt qui corporalem delectationem preponunt epulis sempiternis. Paschasius dixit: Cessabunt verba cum perventum fuerit ad verbera. Cui Lucia: Verba Dei cessare non possunt. Cui Paschasius: Tu ergo Deus es? Lucia respondit: Ancilla Dei sum, qui dixit: cum steteritis ante reges et presides etc. Paschasius dixit: In te ergo spiritus sanctus est? Cui Lucia: Qui caste vivunt templum spiritus sancti sunt. Cui Paschasius: Ego faciam te duci ad lupanar ut violeris et

Lucia: Non inquinatur corpus nisi de consensu mentis. Nam si invitam me violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Numquam autem voluntatem meam ad consensum poteris provocare. Ecce corpus meum ad omne supplicium est paratum. Quid moraris? Incipe, fili diaboli, desideria tuarum penarum exercere. Tunc Paschasius lenones fecit venire dicens eis: Invitate ad eam turbam populi et tamdiu illudatur quousque mortua nuntietur. Volentes autem eam trahere, tanto pondere spiritus sanctus eam fixit ut nullo modo eam possent movere. Fecit quoque Paschasius mille viros advenire et manus eius et pedes ligare, sed eam nullatenus potuerunt movere. Fecit et mille iuga boum adhiberi, sed tamen virgo Domini immobilis permansit. Vocavit autem magos ut suis incantationibus eam moverent, sed nullo modo movere potuerunt. Tunc dixit Paschasius: Que sunt ista maleficia quod una puella a mille viris non movetur? Dixit Lucia: Non sunt ista maleficia sed beneficia Christi. Porro si adhuc decem milia adhibueris, eam ut prius immobilem me videbis. Putans Paschasius secundum quosdam quod oleo fugarentur maleficia, iussit eam oleo perfundi, nec sic moveri potuit. Angustiatus nimium iussit copiosum ignem circa eam accendi et picem et resinam et ferventis olei super eam fundi. Dixit quoque Lucia: Ego impetravi inducias martirii mei ut credentibus timorem auferam passionis et non credentibus insultationis vocem. Videntes autem amici Paschasii eum angustiari, in gutture eius gladium immerserunt. Que tamen nequaquam amittens loquelam dixit: Annuntio vobis pacem ecclesie redditam, Maximiano hodie mortuo et de suo regno Dyocletiano expulso. Et sicut civitati Cathenensi soror mea Agatha data est protectrix

Sic et ego annuncio tibi [illegible] ecclesie et
sassum intuentur. Verum hec virgo loquta
erat ministri romanorum venerunt Paschasium
apprehendunt, vinctum ad cesarem secum
ducunt. Audierat enim cesar quod totam
[illegible] provinciam fuerat depredatus. Veniens
igitur Romam et a senatu accusatus penam
capitali sententia est punitus. Virgo
vero Lucia de loco ubi percussa est
mota non est nec spiritum tradidit quousque
sacerdotes venientes corpus domini ei tradi-
derunt et omnes astantes amen domino responde-
runt. Ibique in eodem loco est sepulta et fabrica-
ta basilica. Passa est autem tempore Constantini et Maxentii
circa annos domini CCCX. De ethymologia nominis.

Thomas interpretatur abyssus vel geminus
quod grece didimus dicitur. Vel dicitur a tho-
mos quod est divisio sive sectio.
Dicitur abyssus eo quod profunditatem divini-
tatis penetrare meruit, quando ad suam interro-
gationem Christus respondit: Ego sum via, veritas
et vita. Dicitur geminus eo quod in resur-
rectione Christi geminate et in duplum quam alii
cognovit. Nam illi cognoverunt videndo, iste
videndo et palpando. Divisio sive
sectio dicitur, quia mentem suam ab amore mundi
divisit, vel quia ab aliis in fide resurrectionis divisus
et sectus fuit. Vel dicitur Thomas quasi totus means, scilicet
in dei amore et contemplatione. Huius enim tria
quasi singularia in ipso amore dei fuisse
de quibus dicit Prosper in libro de vita contempla-
tiva: Quid est deum diligere nisi animo concipere
fervido visionis dei affectum, peccati odi-
um et mundi fastidium. Vel Thomas dicitur a
theos quod est deus et meus. Unde Thomas
quasi deus meus, et hoc propter illud quod dixit cum
Christum credidit: Dominus meus et deus meus.

Thomas apostolus. De sancto Thoma apostolo.

Thomas apostolus cum esset apud Cesaream, apparuit ei
dominus dicens: Rex Indie Gundoforus
misit prepositum suum Abbanem querere hominem
architectonica arte eruditum. Veni igitur et

mittam te ad eum. Cui Thomas:
Domine, quocumque vis mitte me preter quam ad Indos.
Cui dominus: Vade secure, quia ero custos
tuus, et cum Indos converteris ad me cum pal-
ma martirii venies. Cui Thomas: Dominus
meus es et ego servus tuus. Fiat voluntas tua.
Cum prepositus per forum ambularet, ait
ei dominus: Quid emis, iuvenis? Et ille:
Dominus meus misit me ut conducerem ser-
vos in architectonica arte eruditos
ut romano opere sibi palatium construant.
Tunc dominus tradidit ei Thomam asserens
eum plurimum in hac arte eruditum
et peritum. Navigantes igitur ad quandam
civitatem venerunt, in qua rex filie sue
nuptias celebrabat. Hic autem preconizari
fecerat ut omnes nuptiis interessent,
alioquin regem offenderent. Convenit igitur illuc
Abbanes et apostolus. Cumque puella
quedam hebrea fistulam in manu gerens
unumquemque laude aliqua commendaret, vi-
dens apostolum intellexit hunc esse he-
breum eo quod non manducaret, sed
oculos ad celum teneret. Cum igitur
puella coram eo caneret ebraice
dicens: Unus est deus hebreorum qui crea-
vit omnia et fundavit maria, apostolus ipsa
hec eadem verba repetere satagebat. Pin-
cerna autem videns quod non manducaret
nec biberet sed tantum oculos ad celos
haberet, apostolum dei in maxillam
percussit. Cui apostolus: Melius est tibi ut
venia in futuro tibi detur et hic transitoria
plaga reddatur. Non hinc surgam donec
manus que me percussit hic a canibus
afferatur. Ille igitur ad hauriendam aquam abi-
it, et leo ipsum occidens sanguinem
eius bibit. Laniantibus canibus corpus
eius, unus niger canis manum dextram
eius in medium convivii apportavit.
Quo viso omnes turba obstupuit,
et puella verba eius recitans, proiecta

fistula ad pedes apli se piecit hic
aut ultionem factam replicat aug. illo
q facitu et aliis ap quendam hic finisse
feruntur. vnde ex legendis quo ad
pulchra plura suspecta hic possit uideri
a q hic nos aio ipandi. Sz nō pdi
cendi sit dimittis aug. u. diligentius inspiciatur. Pro primis istum
plane modo aio. u. sic in eod. libro
legitur scripturas apocrifas tra
ctasi nescio quibus sutoribus fabula
rum sub apostolorum noie scriptas que
suorum scriptorum temporibus mererentur sīc auc
toritatem [illegible] et doctis hoies
qui nunc in hac uiuerent [illegible]
[illegible] eos locutos [illegible]
agnoscere. i. q tu aplm [illegible]
[illegible] [illegible] pegit
[illegible] i cogitur aquodam [illegible] tal
ma parcissimum ipatum fuisse hoi
[illegible] uidimus. Pensat egressus esse ad fontem vnum aque [illegible]
[illegible] cum leo irruens itenuit
manum eius q [illegible] apli leui ictu
percussac accepit auulsa [illegible]
eius apli id adoptauit atq ip
canis [illegible] [illegible] idbiu
dissimulebat apls. q dh' indi [illegible]
lius [illegible] qui i [illegible] fallor hic
scriptum e q ei nemo [illegible]
[illegible] compensato [illegible]
ioris uo apus q carus deest phuc
timore [illegible] ignoscat. i illi pro
hunc manum [illegible] ieiunii
[illegible] illa via sic aucto [illegible]
[illegible] in ea uic [illegible]
in maichi aquibus ille scriptum quod
cano eam [illegible] aiq [illegible]
[illegible] [illegible] hic cogunt
[illegible] illam [illegible] q dicere
dicens siquis respondit in iam
illam [illegible] ple illi i similiter.

[illegible] [illegible] cordis et simo ex
hilarā gestu corporis expressione [illegible]
qui quidē apls [illegible] [illegible] [illegible]
logium in [illegible] [illegible] psequitur.
impiu [illegible] illa i una relique
q [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] adinominio tenebris
tius dilectionis affectu tertius re
quirebat correptionis exemplis
h vnum sic sine ostentum. Eum nolu
erunt [illegible] similiter [illegible] [illegible]
[illegible] et adoratores gladio p
[illegible] eas [illegible]
[illegible] et aferunt [illegible]
acq [illegible] quidē iudices pu
blicas legibus [illegible] maiorum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gla [illegible]
uiletur hic aug. Tunc apls ad [illegible]
reg [illegible] et sponsa [illegible]
duē adolescētibus [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
abeunte apls [illegible] [illegible]
[illegible] plenus [illegible]
Conuenientibus uo sposo et sponsa [illegible]
et [illegible] obdormiuit et [illegible] illi
[illegible] [illegible] [illegible] q rex
[illegible] eos amplectens [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] apls ad
eos ingrediens dicens eis [illegible]
nob [illegible] et me clausis ianuis
huc adduxit [illegible] nos [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
oim regina uirtutum et fructus salu
tis perhenne [illegible] soror [illegible]
angelorum possessio oim bonorum [illegible]
libidinum [illegible] trophei [illegible]
demonum. Ex eternorum [illegible]
diorum de libidine q corruptio gignit
de corruptione pollutio nascitur. De pol
lutione reatus oritur. de reatu [illegible]

gratias. Sed illo referente unus angelus apparuit dicens eis: Nos sumus angeli vobis ad custodiam deputati, quibus si apostoli salubribus monitis obtemperaveritis omnia vobis tribuemus. Tunc eos apostolus baptizavit et de fide diligenter edocuit. Post multum vero tempus sponsa nomine Pelagia sanctimonialis velamen consecrata martyrio coronata est. Et sponsus nomine Dionysius illius civitatis in episcopum ordinatur. Post haec autem apostolus et Abbanes ad regem Indiae pervenerunt. Designato igitur ab apostolo mirabili palatio et copioso thesauro accepto rex in aliam provinciam profectus est, et apostolus universum thesaurum populis erogavit. Per totum autem biennium quo absens fuit rex apostolus praedicationi instetit et innumerabilem populum ad fidem convertit. Rediens autem rex et quae Thomas fecerat discens ipsum cum Abbane in ima carceris retrusit, ut postmodum ambos excoriatos incendiis traderet. Interea Gad frater regis moritur et sepulchrum ei ambitiosum paratur. Quarta autem die qua mortuus fuerat resurrexit et stupefactis omnibus cunctisque fugientibus dixit fratri suo: Hic homo frater quem excoriare et incendere disponebas amicus dei est et angeli omnes famulantur ei, qui me in paradisum ducentes quoddam mihi ostenderunt palatium ex auro et argento et lapidibus pretiosis mirabiliter fabricatum, et cum eius pulchritudinem admirarer dixerunt mihi: Hoc est palatium quod frater tuus tibi construxerat. Cumque dicerem: Utinam ianitor eius essem, dixerunt mihi: Frater tuus nunc illo se fecit indignum; si tu in illo manere volueris rogabimus dominum ut te suscitare dignetur, ut illud a fratre tuo possis emere reddens ei pecuniam quam se aestimat perdidisse. Et haec dicens cucurrit ad carcerem fratris sui postulans indulgentiam, abiectis quoque vinculis rogavit apostolum ut acciperet vestem pretiosam. Cui apostolus: Ignoras quod nihil carnale nihil terrenum gestant qui

in caelestibus potestatem habere cupiunt. Egrediente autem apostolo de carcere rex occurrit ei et ob veniam eius pedibus se provolvit. Tunc apostolus ait: Multum vobis praestitit deus ut secreta sua vobis ostenderet. Credite in Christum et baptizamini ut aeterni regni participes fiatis. Dixitque ei frater regis: Regni mihi palatium quod fratri meo fecisti comparare merui. Tunc apostolus: Si hoc placuerit fratri tuo fiet. Cui rex: Illud erit meum; tu apostolus tibi fabricet aliud, quod si forte nequiverit, illud nobis ambobus commune sit. Et apostolus: Innumerabilia palatia sunt in caelo ab initio saeculi praeparata quae fide et pretio eleemosynarum comparantur. Divitiae autem tuae ad illa te antecedere possunt, sequi non possunt. Post unum autem mensem fecit apostolus omnes illius provinciae congregari. Quibus congregatis debiles et infirmos seorsum stare iussit et super eos oravit. Cumque qui docti fuissent respondissent Amen, coruscatio de caelo veniens tam apostolum quam illos fere per horam dimidiam sic perstrinxit ut omnes se putarent ictu fulguris interisse. Erigens autem se apostolus dixit: Surgite, quia venit dominus meus sicut fulgur et nos sanavit. Exsurgentes autem omnes sani deum et apostolum glorificaverunt. Tunc apostolus coepit eos docere et gradus virtutum assignare. Primus est quod in deum credatur, qui unus in essentia et trinus in personis. Et dedit eis exemplum sensibile quomodo in una essentia tres personae esse possint. Primum exemplum quia una est in homine sapientia et de illa una procedit intellectus, memoria et ingenium. Est autem ingenium ut quod non didicisti invenias; memoria ut non obliviscaris quod didiceris; intellectus ut intelligas quod ostendi possit vel doceri. Secundum est quia in una vinea tria sunt, scilicet lignum, folium et fructus, et haec omnia tria sunt una vinea. Tertium

est capax. Unum ex iiii sensibus consistit in uno capite, scilicet visus, auditus, odoratus et gustus, et hec plura unum sunt et caput dei. Deus quidem est non lapideus sculptilis. Castus non sit a fornicatione continens. Avarus non sit ab avaricia temperans. Quamvis negligat certum gerens. Certus ut primam teneant. Custos non peius presentent. Unusquisque non lege pertinacem amantes. Caritatem non nolunt dei in faciendo continere et ea opera operentur. Cum est ut earum in omni fraude quidam. Cristus non caritatem annuncient iamas in pendent. Cristus ut in anime tradiendi vigilem tam ad hilem necesse predicationi suo baptizavit xi milia virorum exceptis parvulis et mulieribus. Post hec in superiorem Indiam abiit ubi innumerabilibus miraculorum signis coruscavit. Tunc Sintice amica Migdonie uxoris Carisii cognati regis apostolus illuminavit. Dixit quod Migdonia ad Sinticen pervenit si posset eum videre. Tunc Migdonia de consilio eius habitum mutavit et inter mulieres pauperes ubi apostolus predicabat advenit. Apostolus autem cepit deinde continuo predicare dicens miseram esse vitam hanc et omnia eius instabilia et adeo fugitiva ut cum tenetur effugiat. Talia etiam deinde cepit iiii rationibus exhortans ut libenter verbum dei audirent comparans ipsum verbum dei quattuor rebus, scilicet collirio eo quod oculum nostri intellectus illuminat, potioni eo quod nostrum affectum ab omni carnali amore purgat et mundat, emplastro eo quod nostra vulnera sanat, cibo eo quod celestium nos amore delectat. Et sicut infirmo nichil valent nisi ea recipiat, sic nec anime languenti verbum dei prodest nisi devote audiat. Predicante igitur apostolo Migdonia credidit et deinceps thorum viri abhorruit. Tunc Carisius a rege impetravit ut apostolum in carcerem poni iuberet. Ad quem veniens Migdonia rogavit ut sibi ignosceret quod propter eam in carcerem missus esset. Quam ille benigne consolans se libenter omnia pati asseruit. Carisius autem regem rogavit ut reginam sororem uxoris sue ad persuadendum mitteret si forte eam revocare posset. Sed regina conversa ab ea quam volebat pervertere, visis que per apostolum facta sunt tantis signis, dixit: maledicti sunt a deo qui non credunt his operibus. Tunc apostolus omnes qui aderant tribus breviter instruxit, scilicet ut ecclesiam diligerent, sacerdotes honorarent et assidue ad audiendum verbum dei convenirent. Revertente autem regina dixit ei rex: quid tam diu morata es? Que respondit: putabam Migdoniam stultam esse, sed est sapientissima et me ad apostolum dei ducens viam veritatis me cognoscere fecit, et nimis stulti sunt qui in Christum non credunt. Noluit autem regina regi deinceps copulari. Stupefactus autem rex dixit cognato suo: dum tuam uxorem recuperare vellem, meam perdidi, et peior mihi mea effecta est quam tua. Tunc rex iussit apostolum ligatis manibus ad se adduci, et precepit ei ut suas uxores coniugibus revocaret. Apostolus autem triplici exemplo ei ostendit quod quamdiu in errore persisterent hoc facere non deberent, videlicet exemplo regis, exemplo turris et exemplo fontis. Dixit: cum tu sis rex non vis habere inquinatam famulam sed mundos famulos et ancillas, quanto magis credendum est deum amare castissimam et mundissimam famulam. Quid ergo culpor si deum amare predico in suis famulis quod diligit in me ipso. Fabricavi turrim excelsam et dicis mihi ut ego qui fabricavi illam eam destruam. Fodi etiam profundum et dum fontem de abysso educerem dicis mihi ut obstruam

Illum. Tunc iratus rex iussit eum super
ardentes laminas ferreas et apostolum
nudis pedibus super eas poni, quam mox nu-
tu dei fons ibi erupit et eas extinxit.

Tunc rex consilio cognati sui in for-
nacem ardentem misit, quae mox refrigera-
ta est, et apostolus die altera sanus inde exivit.
Et ille sibi dixit, quod regi consilius: fac eum
offerre deo soli, ut sic dei sui iram incurrat,
qui ab eis eum liberat. Cumque ad hoc urgere-
tur, dixit regi: quanto tu melior es factura tua,
quando contemptor dei vivi et picturam
colis? Tu putas, quod sicut dicit Carisius, deus
meus mihi irascitur postquam adoravero deum
tuum? Immo magis tibi irascitur deus meus. Ecce con-
iuncte adoro, sed deum tuum, quem adorari-
te dicis, deus meus non eiciet illum
sacrificatum illi. Sed sic tu credas deum
meum. Cum rex ad hunc modum cepisset lo-
qui, tunc precepit apostolus demoni
qui erat in eo ut cum ante eum coram idolo
genua flecteret, statim idolum
comminueret. Flectens igitur genua apostolus
dixit: Ecce adoro, sed non idolum; sed nec
metallum adoro, sed deum meum Ihesum Christum;
in cuius nomine precipio tibi demoni qui eo lates
ut hoc simulacrum comminuas. Statim
quasi cera liquefactum est. Tunc omnis sacerdotes
rugiunt et dixit: nunc pontifex autem templi
levans gladium apostolum transfixit, dicens:
ego ulciscar iniurias dei mei.
Rex autem et Carisius cum fugerent, videntes
quod populus vellet apostolum vindicare, et corpus
eius iniuriatum et incenderet; christiani autem corpus
apostoli tulerunt et honorifice sepeli-
erunt. Post longum tempus, scilicet anno domini CCXXX,
corpus apostoli in Edissam civitatem, quae olim
dicebatur Rages, translatum est ab
Alexandro imperatore ad peticionem Syrorum. In
illa civitate illa autem civitate nullus hereticus,
nullus iudeus, nullus paganus vivere
nec tyrannus aliquis nocere potest in civitate ...

... pugnantes rex ille citans epistolam
in manu salvatoris scriptam ac sub-
mittit. Pro (Edissa?) gens illa quondam civitate
illa insurrexit, infans baptizatus su-
per portam stans epistolam illam legit, et
ea die manu salvatoris scripta ... et
apostoli Thome vel ipsius hostes aut
fugiunt aut pereunt. Ysidorus in libro
de obitu et vita sanctorum sic de isto apostolo
dicit: Thomas discipulus Christi ac similis Sal-
vatori, audiendo incredulus, videndo
fidelis fuit. Hic evangelium predicavit Par-
this, Medis et Persis, Hyrcanis ac Bac-
trianis, et intrans orientalem pla-
gam et interna gentium penetrans, predicationem
suam usque ad titulum sue passionis
perduxit. Hic lanceis transfixus occubuit.
Hec Ysidorus. Chrisostomus quoque ait, quod cum Thomas
ad regionem magorum qui Christum
adorare venerant accessisset, eos baptizavit
et facti sunt adiutores fidei
christiane.

De tempore peregrinationis

Festo de festivitatibus que occur-
runt infra tempus renovationis,
quod incepit a Moyse et prophetis
et durat usque ad adventum Christi
in carne, quod tempus representat ecclesia ab
adventu usque ad nativitatem domini inclu-
sive. Sequitur modo de festivitatibus
que veniunt infra tempus quod partim est re-
conciliationis, partim peregrinationis, quod tempus representat ecclesia a nativitate
usque ad septuagesimam, sicut supra in prologo
dictum est.

De nativitate domini

Nativitas domini nostri Ihesu
Christi secundum carnem, ut (ad) Ihesu
nonnullos tempus aetatis ... as ...
tis ab Adam V. millibus
ducentis XXVIII annis, vel secundum alios
VI millibus, vel secundum Eusebium Cesariensem
episcopum, quinque millibus nongentis
... octoginta ... secundum ...
... nullum ...

Iuxta methodium post mundi cre-
atione ueniente cum ipso filio dei in mundum
mundi pace uniuersus mundus gaudeb-
at toto orbi unius romanorum principatui
presidente. Is dictus est octauianus ap-
pellatione cesar a iulio cesare cui successit
nepos augustus ab augmento rei publice
imperator ad dignitatis honorem qua ad
ceteris aliorum regum. Hic primo hoc
nomine insignitus. cum sic nasci uoluit
ut nobis temporalem pacem et eternam
tribueret sic uoluit in medio ortus
ortui sui pax temporis illustrari. Cesar
igitur augustus uniuerso presidens orbi
scire uoluit quot prouincie quot ciuitates
quot castella quot uille quot homines in toto
orbe essent. Iussit quod ut dicitur in hystoria
scolastica ut omnes homines ad urbem unde
traherent originem pergerent et quilibet
denarium argenteum qui ualebat
x nummos usuales unde et denarius
dicebatur presidi prouincie tradens se
subditum romano imperio profiteretur. Nam et nummus
imaginem cesaris et suum scriptum
nomen habebat et dicebatur professio et
descriptio sed diuerso respectu. Nam presidi
prouincie censum capitis denarium illum
quisque reddebat et illum super caput suum
ponebat et proprio ore profitebatur se esse subditum
romano imperio unde dicebatur professio id est proprio
ore fassio et fiebat hoc coram omni
populo. Dicebatur et descriptio quia certus numerus
eorum qui censum capitis deferebant certo
denario numeratus in scriptis redigebatur. In scrip-
tis hec autem descriptio facta est a preside syrie
cyrino prima dicitur ut in hystoria scolastica hec
quantum ad syriam quia iudea in um-
bilico terre habitabilis esse dicitur prima
in ea inchoata est deinde per circumstan-
tes regiones ab aliis presidibus perfecta
est. uel prima dicitur uniuersalis a qua alie
particulares precesserant uel forte prima

capitum in ciuitate fiebat a preside ... presidi ca-
pitum in regione a legato cesaris ...
regionum in urbe coram cesare. Ioseph
ergo cum esset de genere dauid a nazareth in
bethleem profectus est. Cumque instaret
tempus pariendi uirginis et ipse de suo re-
ditu incertus esset eam secum assumpsit
et in bethleem duxit secum nolens thesaurum
a deo sibi commissum in alienis manibus dimit-
tere sed ipse per se uolens illum cura peruigili
custodire. Cum igitur bethleem appropinqua-
ssent ut dicit frater bartholomeus in sua compila-
tione et ex libro de infantia saluato-
ris sumitur, uidit uirgo partem populi
gaudentem et partem gementem quod sic exponit
angelus ad eam. pars populi gaudens est populus
gentilium qui in semine abrahe eternam benedictionem
accipiet pars autem gemens est plebs iu-
daica a deo suis meritis reprobata. Cum
igitur ambo bethleem aduenissent et quia
pauperes erant et quia hospitia omnia
ab aliis qui ad hoc idem uenerant illi in hospi-
cium habere potuerunt diuertunt igitur in communi
transitum qui ut dicit in hystoria scolastica erat
inter duas domos operimentum habens quod
diuersorium dicitur ubi ciues ad colloquen-
dum uel ad conueniendum in diebus ocii
uel propter aeris intemperiem diuertebant. Ubi forte
Ioseph presepe boui et asino fecit
uel ut quidam uolunt rustici ad forum uenien-
tes animalia sua ibi ligabant et ideo pre-
sepe ibi constructum erat. Ibi igitur noc-
te media dominica diei beata uirgo filium
peperit et in presepio super fenum reclina-
uit quod fenum ut dicitur in hystoria scolastica beata
helena postmodum romam detulit. ad
cuius fenum commestione bos et asinus
ut dicitur abstinebant. Nota autem quod natiuitas
christi fuit mirabilis fuit enim mirabilis
causa et utilis exhibita. Fuit enim mira-
bilis tum ex parte gignentis tum ex parte
modi generandi tum ex parte geniti.

deprecando (?) ... dicitur quod ... ore proprio ... illo ei

octaui ... pariat

Tertium ex parte generantis quoniam fuit
virgo manens et peperit. v. modis ostenditur.
Primo per prophetiam ysaie: Ec-
ce virgo concipiet et pariet filium et cetera. Secundo
per figuram. Hec enim figurata fuit et per virgam
Aaron que sine omni humano studio flo-
ruit et per portam Ezechielis que semper clau-
sa permansit. Tertio per custodiam Ioseph
ut ex eo quod ipsam custodivit testis
sue virginitatis fuit. Quarto per ex-
perientiam. unde ut in compilatione libri
Bartholomei et de libro de infantia salva-
toris sumptum sumitur cum instaret tempus
pariendi virginis Ioseph, licet deum de vir-
gine nasciturum non dubitaret, more
tamen gentis patrie obstetrices vocavit,
quarum una vocabatur Zebel et altera
Salome. Zebel autem considerans et inquirens
et ipsam virginem inveniens exclamavit
virginem peperisse. Salome autem dum
non crederet sed hoc probare vellet, continuo aruit
manus eius. unde angeli tamen sibi ap-
parentis puerum tangit et continuo sani-
tatem recepit. Quinto per miraculi evidenti-
am. Rome enim ut testatur Innocentius ter-
tius xii annis pax fuit. Quare Romani templum
pacis pulcherrimum construxerunt et ibi
statuam Romuli posuerunt. Consul-
entes autem Apollinem quantum duraret
acceperunt responsum quousque virgo
pareret. Hoc audientes dixerunt: ergo in
eternum durabit. impossibile enim credebant quod
umquam pareret virgo. Unde in foribus templi
titulum hunc scripserunt: templum
pacis eternum. funditus corruit et est
modo ecclesia sancte marie nove. Secundo fuit mi-
rabilis ex parte geniti. Sicut enim dicit
Bernardus in eadem persona eternum antiquum et novum
mirabiliter conveniunt. Eternum et deitas
antiquum scilicet caro ab Adam traducta
novum scilicet anima de novo creata. Item sicut
ipse dicit: hodie tres mixturas fecit

Sed in ipsa nocte qua virgo peperit templum fu[nditus]

opera fecit ipse deus et homo mirabili-
singulariter ut talia nec facta sint
nec amplius facienda sint. Coniuncta
quippe sunt adinvicem deus et ho-
mo, mater et virgo, fides et cor humanum.
Prima valde mirabilis quia coniuncta
sunt limus et deus, maiestas et infir- limus
mitas, tanta vilitas et tanta sub-
limitas. Nichil enim deo sublimius et nichil
limo vilius. Secunda nichilominus valde mira-
bilis. a seculo enim non est auditum quod vir-
go esset que peperit et mater esset que
virgo permansit. Tertia est prima inferior
sed non est minus fortis. Mirum e-
nim est quomodo cor humanum fidem his
duobus accommodare potuit, quomodo credi po-
tuit quod deus homo esset et quod virgo per-
manserit que peperit. Hec ille. Tertio
fuit mirabilis ex parte modi
generandi. eius enim partus fuit sup-
ra naturam ex eo quod virgo concepit,
supra rationem ex eo quod genuit deum,
supra humanam conditionem ex eo quod sine
dolore peperit, supra consuetudinem
ex eo quod de spiritu sancto concepit. Nam
virgo genuit ex humano semine sed
mistico spiramine. Nam spiritus sanctus
ex castissimis et purissimis sangui-
nibus virginis accepit et inde corpus
id formavit. Et sic quartum modum
mirabilem faciendi hominem deus osten-
dit. Sic enim dicit Anselmus: iiii modis
deus potest hominem facere, scilicet sine viro
et femina sicut fecit Adam, de homine sine femina
sicut fecit Evam, de homine et femina sicut communis
usus probat, de femina sine homine sicut
hodie mirabiliter factum est. Secundo eius
nativitas hodie fuit multipliciter ostensa.
ostensa est. Primo per omnis generis creatu-
ras. Est enim quedam creatura que habet tantum esse
sicut pura corporea, quedam que habet esse et vi-
vere sicut vegetabilia, quedam que habet esse

vivere et sentire, sicut alia. Quedam que habet esse, vivere, sentire et discernere, sicut homo. Quedam que habet esse, vivere et sentire et discernere et intelligere, ut angelus. Per has omnes creaturas hodie Christi nativitas est ostensa. Primo enim creatura pure corporea triplex est, scilicet opaca, transparens sive pervia et lucida. Primo quoque ostensa est per corpoream opacam, sicut per destructionem templi, ut supra dictum est. Et per ruinam statue Romuli, de qua dictum est quod tunc cecidit, et ruina multarum statuarum que tunc in aliis locis plurimis ceciderunt. Legitur in hystoria scolastica quod Jeremias propheta in Egyptum veniens post mortem Godolie regibus Egypti signum dedit quod eorum ydola corruerent cum virgo filium pareret. Exinde ydolorum sacerdotes imaginem virginis puerum in gremio baiulantis in secreto loco templi statuerunt et ibi eam adorabant. Sed a Ptholomeo rege cum causam interrogarentur, dicebant quod esset misterium quod a sancto propheta eorum maioribus traditum expectabant, et sic in rebus venturis credebant. Secundo per naturam corpoream transparentem et perviam, quia in ipsa nocte nativitatis domini obscuritas aeris in claritatem diei versa est. Rome etiam, ut dicit Orosius et Innocentius papa tercius, fons aque in liquorem olei versus est et erupit usque ad Tyberim et tota die illa largissime emanavit. Et hoc prophetaverat ei Sibilla, quod cum erumperet fons olei nasceretur salvator. Tertio per creaturam lucidam, sicut corpora celestia ostenderunt. Nam ipsa die, sicut antiqui revelaverunt et Chrysostomus confirmat, magis in oriente orantibus in quodam monte apparuit stella que formam pueri pulcherrimi habens et in cuius capite crux splendebat, que magos allocuta est, ut in Judeam proficiscerentur et ibi natum puerum invenirent. Ipsa die tres soles in oriente apparuerunt, qui paulatim in unum corpus redacti sunt, per quod significabatur quod trinitas et unitas dei notitia toti orbi fieret, vel quia natus erat ille in quo tria, scilicet anima, caro et deitas, in una persona convenerunt. In hystoria tamen scolastica dicitur quod non in ipsa die nativitatis tres soles apparuerunt, sed aliquanto tempore ante, post mortem Julii Cesaris. Idem et Eusebius in cronicis dicit. Octavianus etiam imperator, ut dicit Innocentius papa tercius, cum universum orbem dicioni romane subiugasset, in tantum senatui placuit quod eum pro deo colere vellent. Prudens autem imperator se mortalem intelligens immortalitatis nomen noluit usurpare. Ad illorum vero importunitatem Sibillam prophetissam vocat, volens per eius oracula scire si in mundo maior eo aliquis nasceretur. Cum ergo in die nativitatis domini consilium super hac re convocasset et Sibilla in camera sola cum imperatore oraculis insisteret, in die media circulus aureus apparuit circa solem et in medio circuli virgo pulcherrima stans super aram, puerum gestans in gremio. Tunc Sibilla hoc Cesari ostendit. Cum autem imperator ad predictam visionem plurimum admiraretur, audivit vocem dicentem sibi: Hec est ara celi. Dixitque ei Sibilla: Hic puer maior te est et ideo ipsum adora. Eadem autem camera in honore sancte Marie dedicata est, unde usque hodie dicitur sancta Maria ara celi. Intelligens igitur imperator quod hic puer maior se erat, ei thura obtulit et deus deinceps vocari recusavit. De hoc autem Orosius dicit: Octaviani tempore circa horam tertiam repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem celestis arcus orbem solis ambivit, quasi venturus esset qui ipsum solem solus fecisset totumque mundum et regeret. Hec Orosius. Idem ait Eutropius. Secundo

quorum timotheus historiographus refert se in antiquis romanorum historiis invenisse quod octavianus xxxv anno regni sui capitolium ascendit et quis post se rem publicam gubernaret a diis sollicite requisivit et audivit vocem dicentem puerum celestem ex deo intemerate sine coitu genitum et tunc post circulum virginem sine macula nasciturum. Hoc audito edificavit aram cui hunc titulum superposuit: Hec est ara filii dei viventis. Secundo ostensa et manifestata est per creaturam que habet esse et vivere sicut sunt plante et arbores. In hac enim nocte ut bartholomeus in sua compilatione testatur vinee engaddi que proferunt balsamum floruerunt fructum protulerunt et liquorem dederunt.

Tertio per creaturam que habet esse vivere et sentire sicut sunt animalia. Ioseph enim in bethleem cum maria pregnante ascendens bovem forte ut ipsum venderet et censum pro se et pro virgine solveret et residuum in victum reservaret et asinum forte ut virginem veheret secum duxit. Bos autem et asinus miraculose deum cognoscentes flexis genibus ipsum adoraverunt. Ante etiam christi nativitatem per aliquot dies ut ait eusebius in cronica cum quidam arantes boves ad aratores dixerunt: homines deficient segetes proficient.

Quarto per creaturam que habet esse vivere sentire et discernere sicut homo scilicet per pastores. Ipsa enim hora pastores super gregem suum vigilabant sicut bis in anno in longioribus et brevioribus noctibus antiquitus consueverant. Mos enim fuit antiquitus gentilium quod in utroque solstitio scilicet estivali circa festum iohannis baptiste et hyemali circa natale domini vigilias noctis custodirent ob solis venerationem quod forte usus fuerat apud iudeos ex cohabitatione eorum. Quibus angelus domini apparens salvatorem natum annunciavit et signum dedit scilicet quod invenirent eum involutum et cum eo multitudo celestis exercitus angelorum dicentium gloria in altissimis deo et cetera. Pastores gavisi venientes totum sic ut angelus dixerat invenerunt. Sic etiam manifestatum est per presides augusti quod templum pacis dedit ne eum quasi dominum nominare auderent sicut orosius testatur. Forte enim visionem illam circa solem viderat et ruinam templi et de fonte olei et intelligens quod in mundo natus esset maior se, nec deus nec dominus nominari voluit. In quibusdam autem cronicis legitur quod appropinquante die nativitatis christi octavianus provincias in vias publicas fecit et omnia debita romanis dimisit. Sexto manifestatum est per sodomitas qui omnes in toto mundo in illa nocte extincti sunt sicut dicit ieronimus. Lux orta est tanta quod omnes qui illud vitium exercebant extirparet ne in natura quam assumpsit tantam deceret immunditiam invenire. Sicut enim dicit augustinus videns deus contra naturam vitium in humana natura fere dissimulavit incarnari.

doctrinam multorum animos confortavit
et ad fidem Christi convertit. Eius legendam
Theotimus vir eruditus scripsit. De

Sancta Margarita

Margareta de antiochia
antiochie filia fuit
theodosii gentilium patriarche-
lis. Nutrici traditur et ad annos discre-
tionis veniens baptizatur et ob hoc patri exosa
plurimum habebatur. Quadam igitur die dum
iam annum XV attigisset et cum aliis
virginibus oves nutricis custodiret,
Olibrius prefectus inde transiens
et puellam tam speciosam
considerans mox in eius amore exarsit
et ministros ad se eam mittens dicens:
Ite et eam comprehendite et si libera est
est, ipsam in uxorem accipiam, si ancilla
est, in concubinam habeam. Cum igitur sibi
eius conspectui presentata esset, de gene-
re suo et nomine et religione requisivit.
Illa autem se genere nobilem et nomine
Margaretam et religione christianam.
Cui prefectus: duo prima recte con-
veniunt, quia et nobilis haberis
et margarita pulcherrima probaris, sed ter-
cium non convenit, ut puella tam pulchra
et nobilis deum habeat crucifixum. Cui
illa: Unde scis Christum crucifixum fuisse?
Et ille: ex libris christianorum. Cui Margareta: cum
in legendo Christi penam et gloriam reperiatis,
erubescendum est vobis ut unum credatis et al-
terum denegetis. Cumque illa assereret eum spon-
te pro redemptione nostra crucifixum asseren-
tem et in eternum vivere affirmaret,

iratus prefectus eam in carcerem mitti
iussit. Sequenti die ad se eam vocari
fecit et ei dixit: Vana puella, miserere
pulchritudinis tue et deos nostros adora
ut bene tibi sit. Cui illa: Illum adoro cui
tremit terra, mare formidat, aer et
omnes creature timent. Cui prefectus: nisi mihi
consentias, corpus tuum faciam lacerari.
Cui Margareta: Christus se tradidit pro me in mor-
tem, et ego pro Christo mori non for-
mido. Tunc prefectus iussit eam in ecu-
leum suspendi et tam crudeliter
lacerari quod sanguis de eius corpore tan-
quam de fonte purissimo emanaret. Fle-
bant autem qui aderant et dicebant: O
Margareta, vere te dolemus quia corpus
tuum tam crudeliter lacerari
conspicimus. O qualem amisisti pulchritudinem
propter tuam incredulitatem. Iam nunc saltem
crede ut vivas. Quibus illa: O mali
consiliarii, recedite et abite, hec enim carnis
cruciatio est anime salvatio. Dixitque ad presidem:
Impudens canis et insaciabilis leo, in carne
potestatem habes, sed animam Christus reservat. Prefectus
autem clamide faciem cooperiebat nec tan-
tam effusionem sanguinis videre non po-
terat. Deinde eam deponi fecit et eam
in carcerem recludi iussit, et mira clari-
tas ibi refulsit. Dum esset in carcere, oravit
dominum ut inimicum cum quo pugnaret
visibiliter sibi demonstraret, et ecce draco
immanissimus ibi apparuit. Qui dum eam devo-
rare impetum faceret, signum crucis dedit et il-
le evanuit. Vel secundum alibi legitur: os super
caput eius ponens linguam super calcaneum
porrigens ipsam protinus deglutivit,
sed dum eam absorbere vellet, signo crucis
se munivit et ille draco virtute
crucis crepuit et virgo illesa exivit.
Quod autem dicitur quod eam devoravit et crepuit
in speciem hominis se mutavit ut eam deciperet;
orationi se dedit et dum surgeret dyabolus

ad eam accessit, et manum tenens
dixit: Sufficiat tibi quod fecisti, iam nunc
cessa de mea persona. Illa autem eum per caput
apprehendens et sub se in terram prosternens
et supra cervicem eius dextrum pedem po-
suit dicens: Prosternere, prosternere, superbe demon,
sub pedibus femineis. Demon autem cla-
mabat: O beata Margareta, superatus sum. Si iu-
venis me vinceret, non curarem, ecce
autem a tenera puella superatus sum et in
hoc plus doleo quia pater et mater tui amici mei
fuerunt. Illa eum cogit ut diceret
cur venisset. Christianos enim multipliciter temptare
quod sibi naturale odium contra esset contra virtuo-
sos, et quamvis ab eis sepe repel-
latur, tamen desidiose ad decipiendum insi-
stit. Et quia invidet homini de feli-
citate quam ipse amisit, quam nisi recu-
perare non possit, ipsam tamen aliis aufer-
re contendit. Addiditque quod Salomon in-
finitam demonum multitudinem
in quodam vase inclusit, sed post mor-
tem eius ignem de illo vase demones
emittebant et homines lu-
crum magnum esse thesaurum putantes vas
confregerunt, et demones exeuntes
aerem impleverunt. Hoc dicto virgo pe-
dem levavit dicens: Fuge, miser. Et statim de-
mon evanuit. Secura igitur efficitur,
que principem vicerat, ministrum pro-
cul dubio superaret. Sequenti ergo die
convenientibus populis in iudicis presentia
et sacrificare contempnens exuta est,
et eius corpus facibus ardentibus comburitur,
ita ut cuncti mirarentur quomodo tam te-
nera puella tot posset tormenta tolerare.
Deinde ligari in vase magno pleno
aqua ipsam ligatam fecit, ut pena varia-
ta augeretur vis doloris, sed subito terra mota
cunctis videntibus virgo illesa egreditur. Tunc
quinque milia hominum crediderunt et

pro nomine Christi capitalem acceperunt
sententiam. Prefectus autem timens ne aliqui
converterentur, velociter beatam Margaretam decollari
precepit. Illa autem orandi inducias pe-
tivit (?) et pro se et suis persecutoribus
necnon et pro eis qui eius memoriam age-
rent et se invocarent devote oravit,
addens ut quecumque in partu peri-
clitans se invocaret, illesam prolem
emitteret. Factaque est vox de celo quod
se noverit in petitionibus exaudi-
tam. Et surgens carnifici dixit: Frater,
tolle gladium tuum et
percute me. Qui percutiens caput eius
uno ictu abstulit, et sic martyrii
coronam suscepit. Passa est autem xiii
kal. iulii (?) sicut in eius historia inveni-
tur. Alibi legitur quod iii idus iulii. De hac virgi-
ne quidam sanctus (?) sic ait: Plena
fuit timore Dei, iustitia predita, re-
ligione cooperta, compunctione perfu-
sa, honestate laudabilis, patientia sin-
gularis, nihil quod esset contrarium christiane reli-
gionis inveniebatur in ea. Odio
patris suo (?), dilecta Ihesu Christo. xc.

Alexius fuit filius **De sancto Alexio.**
Eufemiani viri no-
bilissimi Rome et in aula im-
peratoris primi, cui tria milia pueri
assistebant, qui zonis aureis
cingebantur et vestimentis sericis
induebantur. Erat autem Eufemianus pre-
fectus nimis misericors et singulis diebus
in domo sua tres mensas parabat
orphanis, peregrinis, viduis et
egenis, quibus sollicite ministrabat et
hora nona cum viris religiosis
cibum in timore Domini capiebat. Cuius
uxor nomine Aglaes eiusdem religi-
onis ac propositi erat. Cum autem filium
non haberent ad preces tamen suas dedit eis
Dominus filium, post quem deinceps in

cessitate viue fuit maiorum tradic'
q' pri libalib; disciplinis cu omnib;
phie artib; ipse floreret. Cu[m] iā ad pu
bertatem etatē venisset, puella q' de do
mo īpiali eligit'. & s' i cōiuge copla
retur q' nox ingt' cō sponsa susceperit
secretu silēcia. Tūc scs iuuenis cep'
sua' sponsam indi timore instruere ac
ptēm ad ūginitatis pnocare pudo
rē. Deinde anulu suu aureu et capud'
balthei quo cingebat' s' suando cōi
dic. D. suscipe h' et sua. donec dō pla
cuit & dō sit int' nos. post h' sba sua
accipiens ad mare discessit. Ascēdes
q' occulte nauē. venit leodiciam deuēit
inde q; p'gens medicā ciuitatē syrie
p'fect' ē ubi ymago dn̄i nr̄i ihu xp̄i sin
humano ope facta in sȳndone he
bat'. Que puemens omnia que secu de
tulerat. pauperib; distribuit & uesti
menta vilia induens cū ceteris paupi
b; in atrio dei genitricis marie sedē
cepit. de elīs vero quantu s' sufficere po
terat s' retinebat. cetera uo aliis pau
perib; erogabat. ac p'e de recessu filii
plurimu ingemuscens. p' vniūsas mū
di p'tes pueros suos misit q'eu iq'
rerent diligent'. quorum dum aliq' ad
ciuitatē edissam venissent, ab eo cog
niti sunt. Sz ipsi eū minime cog'ūnt
et eid' cū ceteris pauperib; elem' tribuit.
Qui illas accipiēs dō grās egit di
cens: grās t' ago dn̄e q' aspicisti
ut elim' me recipe fecisti. vniūsa'
piū pauci mo' atq' mat' valeam
q' repti mat' q' sua ad recessus
sui saccum ī panno ito cubicli strau
ens uigilās lamitables noctes duca
dicēs: hic sp' in luctu manebo donec
recupauo filiu meu. Sponsa uo ad
socrum suam dix': donec audiā de spō
so meo d' assimo ād adiuinci tibi

solitaria manebo tecu. Cu q' alexi'
i p'da eccl'a xvii ānis in dī s'uicio pmā
sisset, ymago tandē bē uginis q' ī eccl'e
custodi ēē dix': Fac intrare hoiēz dī q' regno
dignus est celorum. et sps dī req'escit s'
eum. nam orō eius sic incēsu in cōspec
tu dī ascendit. Cum āt custos de quo
nam diceret ignoraret, iterum dix' ei il
le q' sedet foris i atrio ille ē. Tūc cu
stos festinus exiit. et ipm in eccl'am i
troduxit. q' facto dum cunctis innotes
ceret ab hoīb; neuian cepisset humana
gl'am fugiens inde recessit et leodicia
venio ibi nauē ascēdens cū in tharsī
cilie uellz pgere dispensante dō nauis
aueniens pulsa i romam portu deuenit
Quo ueniens alexi' ait intra se in domo
pris mei ignot' manebo ne alicui
honerosus ero. prem q' aplulans rede
unte in ciuitatē obseq'tum circumdan
ob uiam huic. et post eum clamare cep'
Serue dī me pegrinu i domo tua recipi
& de micas m̄se tue me nutri faciās
ut tui quoque pegrini dignē dō miseri.
Quod audiens pat' ob amorē filii sui
eum suscepit iussit & locum ppriu i domo
sua tribuit. et alimenta de mensa s' q'oti
die ministri ppriu delegauit. Ipe
aute' in orōnib; pseuerabat & corp' suu ie
iuniis et uigiliis macerabat. famili
aut domus ipm illudebant & deridebant
et aquā necē suā sup eum effundebant
q'tr' fatigabant. Sz ipe ad omnia pa
tiens valde erat. per xvii q' ānos
in domo pris sic ignot' p'mansit.
Videns q' p' spm q' appinq'ret t'min'
vite sue cartulam cū atramto petiit
et totu ordinē vite sue ī ea cōscripsit.
Diuīca q'. post missaru sollēpnia i
scō ierio. vox de celo in somnio. veni
te ad me oms qui laboratis & honerati
estis & ego reficiam vos. Quo au

dientes omnes pectora sua. Tunc ce-
ciderunt et ecce vox facta est dicens: quere-
te hominem dei ut oret pro Roma. Querenti-
bus illis et minime invenientibus iterum
dictum est: in domo Eufemiani querite.
Requisitus ille se nichil scire de hoc dice-
bat. Tunc imperatores Archadius et Ho-
norius una cum pontifice Innocentio ad
domum predicti viri venerunt. Et ecce mini-
ster Alexii ad dominum suum venit dicens:
vide domine ne ille sit peregrinus tuus qui ma-
gne vite et patientie homo est. Currens ergo Eufemi-
anus eum defunctum reperit et vultum
eius tamquam angeli rutilantem vidit
voluitque cartam quam in manu habebat
accipere, sed nequivit. Exiens ergo hec
imperatoribus et pontifici retulit. Qui il-
li ad eum intrantes dixerunt: quamvis
peccatores simus, regni tamen gubernacula geri-
mus et curam huius universalis regiminis pastoralis.
Da ergo nobis cartam ut sciamus que in ea
scripta sunt. Et accedens pontifex cartam
in manu accepit et ille statim
dimisit, fecitque eam legi coram omni
populo et multitudine. Pater autem eius Eu-
femianus audiens nimio timore concus-
sus obstupuit et factus exanimis resol-
utis viribus in terram decidit. Cum ergo
aliquantulum rediisset, vestimenta sua scidit,
cepitque canos capitis sui evellere, bar-
bam trahere ac diu se ipsum carpere ac
super filii sui corpus corruens exclamabat:
heu me fili mi, cur me sic contristasti et
per tot annos innumeros dolores et gemi-
tus ministrasti. Heu me miserum qui vi-
deo te senectutis mee custodem in gra-
bato iacentem et non loquentem mihi. Heu mihi
quam consolationem de cetero habebo. Mater
autem eius hec audiens quasi leena
rumpens rete ita scissis vestimentis crine
coma dissoluta ad celum levabat
et cum pre nimia multitudine ad sacrum
corpus adire non posset, clamavit di-
cens: date mihi viri aditum ut videam
filium meum, ut videam consolationem anime me-
e, qui suxit ubera mea. Et cum pervenisset ad
corpus incumbens super illud clamabat: heu
me fili mi, lumen oculorum meorum, quare sic
nobis fecisti? Quare tam crudeliter nobiscum egisti?
Videbas patrem tuum et me miseram
lacrimantes et non ostendebas te ipsum
nobis. Servi tui te iniuriabant et susti-
nebas. Et iterum atque iterum prosternebat
se super corpus eius et nunc brachia su-
per illud extendebat, nunc manibus vultum
angelicum contrectabat osculans et cla-
mabat: plorate mecum omnes qui adestis,
quia per XIX annos eum in domo mea ha-
bui et non cognovi quod unicus filius
meus esset. Servi enim ei convitiabantur et ala-
pis eum percutiebant. Heu me quis da-
bit oculis meis fontem lacrimarum ut
plangam die ac nocte dolorem
anime mee. Sponsa quoque eius induta
veste Adriatica plorans accurrit dicens:
heu me quia hodie desolata sum et ap-
parui vidua. Iam non habeo in quem prospiciam
nec in quem oculos levem. Nunc ruptum
est speculum meum et periit spes mea.
Amodo cepit dolor qui finem non habet.
Populus autem audiens hec lacrimabili-
ter flebat. Tunc pontifex cum imperatoribus
posuerunt corpus in honorato feretro
et duxerunt in mediam civitatem
et nuntiatum est omni populo hominem dei
inventum quem tota civitas querebat, et omnes obvi-
am currebant. Si quis autem infirmus
corpus illud sanctissimum tangebat
protinus curabatur, ceci visum recipie-
bant, demoniaci liberabantur et omnes infirmi
quacumque infirmitate detenti tacto
corpore sanabantur. Imperatores autem
tanta mirabilia videntes ceperunt
per se cum pontifice lectum portare ut a…

lumen
quare

Et sinente sanctum corpus pervenire ad ecclesiam · et plebs a pecunie amore seposito

corpori ipsi sanctissimi venerabiliter ab eodem correctio. Tunc imperatores iusserunt copiam auri et argenti in plateis spargi ut turbe occursum amore pecunie se ponerent, magis ac magis ad sanctissimum corpus intenderent. Et sic cum magno labore ad templum sancti Bonifacii martyris inde perductum est, et illuc per vii dies in laudibus dei persistentes operati sunt monumentum ex auro et gemmis et lapidibus preciosis, in quo sanctissimum corpus cum magna reverentia collocaverunt xvii die mensis iulii. De ipso autem monumento tam suavissimus odor emanavit ut omnibus videretur aromatibus plenum. Obiit autem xvi kal. augusti circa annos domini ccclxxxxviii.

De sancta praxede

Praxedis virgo fuit soror sancte Potentiane, que quidem fratres fuerunt sancti Novati et Thimothei, qui ab apostolis fide eruditi sunt. Et hec cum persecutione fervente multorum corpora sanctorum sepelissent et facultates suas pauperibus erogassent, tandem in pace quievit circa annos domini clx sub Marcho Antonino imperatore.

De ethimologia nominis

Maria interpretatur amarum mare vel illuminatrix aut illuminata. Per has tres intelliguntur tres optime partes quas elegit, scilicet pars penitentie, pars contemplationis interne et pars celestis glorie. De qua triplici parte intelligitur quod dixit dominus: Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Prima pars non auferetur ratione finis, que est consecutio beatitudinis. Secunda ratione continuitatis, quia contemplatio vie continuatur contemplatione patrie. Tertia ratione sue eternitatis. Inquantum igitur elegit optimam partem penitentie dicitur amarum mare, quia ibi multam amaritudinem sustinuit, quod patet quia tot lacrimas fudit quod inde pedes domini lavit. Inquantum elegit optimam partem contemplationis interne dicitur illuminatrix, quia ibi tam avide hausit quod postmodum effudit, hausit lumen quo ceteros postmodum illuminavit. Inquantum elegit optimam partem celestis glorie illuminata est, quia nunc illuminatur perfecta cognitione in mente et illuminabitur claritate in corpore. Magdalena interpretatur manens rea vel magdalena interpretatur munita vel magnifica, per que innuitur qualis fuit ante conversionem, qualis in conversione et qualis post conversionem. Nam ante conversionem fuit manens rea per obligationem ad penam eternam. In conversione fuit munita per armaturam penitentie: optime enim se munivit armis penitentie, quot enim in se habuit oblectamenta tot de se reperit holocausta. Post conversionem magnifica fuit per gratie superabundantiam, quia ubi habundavit delictum superabundavit et gratia.

De sancta maria magdalena

Maria magdalena a magdalo castello cognominata, clarissimis orta natalibus utpote que ex regia stirpe descenderat. Cuius pater Sirus, mater Eucharia nominabatur. Hec cum fratre suo Lazaro et sorore sua Martha Magdalum castrum, quod est duobus miliaribus a Genezareth, et Bethaniam, que est iuxta Ierusalem, et magnam partem Ierusalem possidebat, que tamen omnia taliter inter se diviserunt ut Maria Magdalum, a quo et Magdalena nomen accepit, Lazarus partem Ierusalem, Martha Bethaniam possideret. Cum igitur Magdalena deliciis corporis se totam exponeret et Lazarus militie plus vacaret, Martha prudens partem sororis et fratris et suam strenue gubernabat et militibus et famulis suis ac pauperibus necessaria ministrabat; omnia tamen post ascensionem domini vendiderunt et ad pedes apostolorum pretium posuerunt. Cum igitur Magdalena divitiis habundaret, quia voluptas rerum affluentie comes est, quanto divitiis et pulchritudine sple-

diuit. tantum uoluptati corpus suum substituit. Et ut staret ... unde iam nomine proprio perdito peccatrix consueuerat appellari. Cum Christus illic et alibi predicaret, illa nutu inspirata diuino ad domum Symonis leprosi ubi audiuit eum discumbere properauit, et non audens ut peccatrix inter iustos apparere, retro secus pedes domini mansit, pedes eius lacrimis lauit, capillis tersit et unguento precioso perunxit, nam incole regionis illius propter uehementissimum solis ardorem unguentis et balneis utebantur. Cum Symon intra se cogitaret quod si hic esset propheta sciret a qua tangeretur, nequaquam mulieri peccatrici se tangere permitteret, dominus illum de superba iusticia arguit et mulieri omnia peccata dimisit. Hec est illa Maria Magdalena cui dominus tam magna beneficia contulit et tanta signa dilectionis ostendit. Septem ab ea demonia expulit, in suo amore eam totaliter accendit, et familiarissimam sibi constituit, hospitam suam fecit, procuratricem suam in itinere habere uoluit, eam semper dulciter excusauit. Nam excusauit eam apud phariseum qui dicebat ipsam inmundam, et apud sororem suam que dicebat eam ociosam, et apud Iudam qui dicebat eam prodigam. Lacrimantem uidens lacrimas continere non potuit. Eius dilectione quatriduanum fratrem suscitauit, eius amore Martham sororem suam a fluxu sanguinis quem VII annis passa fuerat liberauit. Eius meritis Martella sororis sue famula ... illud tam benignum et dulce uerbum loquens: beatus uenter qui te portauit et cetera exclamans dicere digna fuit. Nam secundum Ambrosium illa fuit Martha et hec eius famula. Hec est inquam illa Maria Magdalena que domini pedes lacrimis lauit, capillis tersit et unguento precioso perunxit, que in tempore gratie sollempnem primam penitentiam

fecit, que optimam partem elegit, que ad pedes domini sedens uerba eius audiuit, que domini caput perunxit, que iuxta crucem in domini passione fuit, que unguenta parauit ut corpus eius ungeret, que a monumento discipulis recedentibus non recessit. Cui Christus resurgens primo apparuit et apostolorum apostolam fecit. ¶ Post ascensionem igitur domini XIIII anno a passione eius cum iam dudum Stephanum occidissent et ceteros discipulos a Iudee finibus eiecissent, diuersas gentium discipuli adierunt regiones, uerbum domini seminantes. Erat tunc cum apostolis beatus Maximinus unus de LXXII discipulis domini, cui a beato Petro Maria Magdalena fuerat commendata. In hac igitur dispersione beatus Maximinus, Maria Magdalena, Lazarus frater eius, Martha soror ipsius et Martella pedissequa Marthe necnon et beatus Cedonius qui cecus natus fuerat a domino illuminatus, simul omnes hii et plures alii christiani ab infidelibus in nauem missi sunt in pelago et sine omni gubernatore expositi ut omnes simul mergerentur. Diuino tandem nutu Massiliam aduenerunt, ubi cum nullos qui eos uellent recipere hospitio inuenissent, sub quodam porticu que fano gentis illius preerat morabantur. Cumque beata Maria Magdalena uideret populum ad fanum confluere ut idolis immolaret, assurgens uultu placido, sereno, lingua discreta eos ab idolorum cultura reuocabat et Christum constantissime predicabat, et admirati sunt uniuersi pre specie, pre facundia, pre dulcedine eloquentie eius. Nec mirum si os quod tam pie et tam pulchre pedibus saluatoris oscula fixerat ceteris amplius uerbi dei spiraret odorem. Post hec uenit princeps prouincie cum uxore sua ...

xiiij

hitoa

prole pro diis immolaret. Cum igitur
magdalena Christum predicans sacrificia dis-
suaderet. post hec elapsis aliquot
diebus apparuit in visu magdalena
illi matrone dicens quare cum tanta
habundans sanctos dei fame et frigore
mori permittis. adidit quod nisi maritum suum
marito suo persuaderet ut sanctorum in-
opiam sublevaret. Illa autem viro suo in-
dicare timuit visionem. Sequenti igitur noc-
te eidem similiter dicens apparuit. sed adhuc
viro suo indicare neglexit. Tertio
autem intempeste noctis silentio apparuit
frendens et vultu igneo ac si
tota domus arderet. et ait dormis tyranne
membrum patris tui sathane cum coniuge tua
vipera que noluit indicare verba
mea. quiescas inimice crucis Christi
diversis ciborum generibus replesti ven-
trem tuum ingluvie. et sanctos dei fame et
siti perire permittis. iaces in palatio
pannis involutus sericis. illos desola-
tos et sine hospitio vides et preteris
te sic inique non sic evades nec impune
feres quod tamdiu eis benefacere distulisti.
Sic locuta est et abscessit. Cum ma-
trona evigilans suspiraret ac tre-
meret viro suo eadem de causa suspirante
ait domine vidisti ne somnium quod vi-
di. vidi inquit et admirari non
desino quid inde facere oportebit. Cui
mulier utilius est ei obtemperare
quam iram dei sui quem predicat incurrere.
Ideoque hospitio receperunt et eis neces-
saria ministraverunt. Cum ergo quadam die Ma-
ria magdalena predicaret predictus princeps
ei dixit putas posses defendere fidem
quam predicas. Cui illa. equidem illam defen-
dere paratus sum utpote cotidianis
miraculis et predicatione magistri mei
petri qui rome presidet roboratam. Cui
princeps cum coniuge dixit ecce dis...

potuerit obtemperare parati sumus sicut deo
quem predicas nobis filium impetrabis. Propter hoc
quoque magdalena non cessavit. Tunc beata
magdalena pro ipsis dominum exoravit ut eis filium
dare dignaretur. Cuius preces dominus exau-
divit et matrona illa concepit. Tunc
vir eius cepit velle proficisci ad beatum
petrum ut probaret si ita esset de Christo pre-
dicatum sicut vidit se habere. Cui uxor
vero eius quid est domine putas ne si-
ne me proficisci. absit te enim recedente re-
cedam te veniente veniam te quiescente
quiescam. Cui vir ait non sic fiet domi-
na quia cum sis gravida et in mari pericula
sint infinita de facili periclitari posses
domi igitur quiesces et possessionibus
nostris curam impendes. At illa in hoc
femineum nec mutavit ferventem morem
et provoluta pedibus eius
quod petebat tandem optinuit. Maria
ergo humeris eorum signum crucis imposuit
ne antiquus hostis eos in aliquo itinere
impediret. Navem igitur omnibus necessariis co-
piosissime onerantes et cetera que habebant in
marie magdalene custodia relinquentes profe-
cti sunt. Iamque unius diei et noc-
tis cursu consummato cepit mirum in modum
mare intumescere ventus flare. Fit
omnis et matrone gravida
et debilis tanta undarum fluctuum
concussione gravissimis angustiis urgetur
imminente quo mea hora dolores partus invol-
vit inter angustias ventus et procellas
peperit filium parientes expiravit. Natus
igitur parvulus palpitabat et mamillarum
matris nutrimentum querens solatia lamentabiles
dabat vagitus. proh dolor natus
est infans vivus et matricida effectus
mori eum convenit quia qui sibi nutrimentum
alimenti. quid faciet peregrinus cum uxorem
mortuam videat et parvulum lugubriter querentem
vocibus mamillas matris appetere lamentabiliter

Itaque plurimum ei dicebat: Heu heu miser, quid facies? Filium vivum desiderasti et matrem cum filio perdidisti. Nautae autem acclamabant dicentes: Proiciatur in mari hoc corpus, cum quia in simul peribimus? Quia dum vivit nobiscum haec tempestas non cessabit. Et cum corpus apprehendissent ut illud in mare iactarent, peregrinus ait: Et si nec mihi nec matri parcere volueritis, misereamini saltem parvuli vagientis. Sinite modicum et expectate si forte mulier prae dolore in extasim posita adhuc valeat respirare. Et ecce non procul a navi quendam collem aspiciunt, quo viso utilius esse crediderunt corpus et parvulum illuc deferri quam devorandum marinis beluis ad devorandum dari. Et vix prece et precibus extorsit ut illuc applicarent. Et cum illic prae duritia fodere non potuissent, in secretiori loco collis clamide superposita corpus collocavit et parvulum mamillis eius apponens cum lacrimis ait: O Maria Magdalena, cum ad perditionem et infortunii mei cumulum Marsiliae partibus applicuisti, cur infelix ad monitionem tuam hoc iter arripui? Petisti a deo ut mulier mea conciperet, hac de causa periit. Ecce enim concepit et pariendo mortem subiit. Conceptum autem nascitur ut pereat, cum non sit qui enutriat. Ecce quod prece tua obtinui, tibi enim omnia mea commendavi et deo tuo commendo. Si potens est, memor sit animae matris et prece tua misereatur ne pereat natus. Tunc clamide sua corpus cum parvulo circumquaque operuit et postmodum navem ascendit. Cum ad Petrum venisset, Petrus ei obviam venit, qui viso signo crucis humeris eius affixo, quid esset et unde veniret sciscitatus est. Qui omnia ei per ordinem narravit. Cui Petrus: Pax tibi sit, bene venisti et utili consilio credidisti, nec moleste

ferens si mulier tua dormit et puer cum ea quiescat, potens est dominus cui vult donare data auferre ablata restituere et merorem tuum in gaudium commutare. Petrus autem ipsum in Ierosolimam duxit et ad omnia loca in quibus Christus praedicavit et miracula fecit, locumque in quo passus est et in quo celos ascendit, eidem ostendit. Cumque de fide a Petro diligenter fuisset instructus, biennii spacio iam elapso navem ascendens repatriare cupiebat. Cumque navigantes deo disponente iuxta collem in quo corpus uxoris cum parvulo positum fuerat pervenirent, quos prece et pretio ad applicandum eos induxit. Parvulus autem idem a beata Maria Magdalena incolumis conservatus frequenter ad litus maris procedebat et idem, ut puerorum mos est, cum lapillis et glareis ludere consueverat. Et cum applicuissent, vidit puerum more solito in litore maris cum lapillis ludentem et quid hoc esset admirari non desinebat. De scapha ergo parvulus et nunquam tale quid videns expavit et ad solitam matris recurrens ubera occulte sub clamide latebat. Peregrinus autem ut magis manifestius videret illuc accessit et puerum pulcherrimum matris ubera sugentem invenit et accipiens puerum ait: O beata Maria Magdalena, quam felix essem, quam mihi cuncta prospera advenissent, si mulier respiraret et mecum in patriam redire valeret. Scio equidem, scio et procul dubio credo quod tu quae puerum dedisti et eum in hac rupe per biennium pavisti, poteris matrem prece tua pristinae reddere sanitati. Ad haec ista mulier respiravit et quasi a somno evigilans dixit: Magni meriti es beata Maria Magdalena et gloriosa quae in partus mei

quam videt

p̄sul' obstetricis inveni officium et i
omnib; necessitatib; ancille tue
s'vicium implevisti. quo audito pe
g'nus ad montem ait. vivit ne uxor
mea dilecta. Cum illa vivo ecclesiam
et vivit puero de peg'natione de qua
et cum venisset neio. et sic bis petre
sed duce et omnia loca ei monstrab;
quo passus est mortuus et sepultus
et alia plurima loca ostendit sic et ego
vna. Cum b'i ma. magd' duce et co
mite nobis sim. et singula loca que xpe
ri et conspecta memorie commendatam et
magnes omnia loca. et immaculag'
viri vidit adeo plene expliavit
no nec macticlo demanet. Tunc
peg'nus recep' coniuge et prione
nes levi' conscendit. Et paulo post
mariale petrib; applicarunt et eg'
ssi invenerit beatam ma. magd' con
sius discipul' predicantem. et pedib;
eius cum lac'imis provolutus omnia que
eis acciderunt narravimus. et ab
maximino bapt'. suscepit. Tunc
civitate marsilie omnia ydolorum templa
destruentes xpi ecclesias construxerunt
et beatum lazarum in eiusdem civitatis epi
scopum unanimiter elegerunt. Demum divino
nutu ad aquense civitatem venerunt. et
populum illum ad fidem x'i. pertinentia
miracula adduxerunt. Ubi et b'is ma
ximinus ibi epm ordinatus. Interea b'a
ma. magd' intne supne contemplationi
desiderans heremum petivit et i loco
angelis manib; preparato p. xxx. a
nos incognita mansit. In quo nec
loco aquarum nec fluenta nec arborum
nec herbarum erant solacia. ut ex
h' manifestaret q' redemptor ni
quaquam t'renis refectionib;. sed tam
celestib; epul' disposuit satiari
reco. Ac die vii. horis canonicis

ab angelis in ethera elevabatur et caele
stium agminum gloriosos cantus corporalib; et
auribus audiebat. Vnde diebus singul'
his suavissimis dapibus satiata et
inde per eosdem angelos ad locum proprium revo
cata corporalib; alimentis nullatenus indige
bat. Sacerdos q'dam solitariam vitam
agere desiderans ad .xii. stadia loco eius
vicinam sibi cellam locavit. Die quadam sacer
dos p'dcus sacerdotis oculos aperuit et cor
poreis oculis evidenter aspexit qualit'
angeli ad p'dictum locum in quo b'a ma
ma. morabatur descenderent et elevarent eam in
ethera et levabant ac post horae spatium
ad eundem locum cum divinis laudibus redeunt.
Tunc volens sacerdos cum ad mirabi
bilioris veritatem agnoscere creatorem suo
precibus commendans se ad p'dictum locum audac
cia devotione properabat. Cum autem ad iactum
lapidis appropinquaret cepit ei
crura dessolvi et timore validissimo
precordia medullitus anhelare. Quare
retro rediens, ambulandi usum cruribus
pedibus suis plenarie sed si iterum ad
te ad p'dictum locum accedere conaretur, tantum
eum languor corporis et hebetudo mentis
supplicabat. Intellexit igitur virtute illa
procul dubio celeste esse sacramentum ad quod ac
cedere non poterit humanum experimentum. In
vocato igitur salvatoris nomine exclama
vit. Adiuro te per dominum, ut si homo es
alia ratione habitans in hac spelunca
verum mihi respondeas et dicas
michi veritatem. Cumque hoc terrio repetisset
b'a magd' ei respondit. Accedas propius et om
nia que desideras a me tua scire poteris
veritate. Cumque ille tremens usque ad mediu
spacium itineris appropinquasset ait ad eum: Me
mini ex eum de maria illa nota
rissima peccatrice que pedes salvatoris
lavit lacrimis tergens et capillis ab eo
et suorum delictorum veniam promeruit.

Cui sacerdos memini, et plus quam xxx annorum spatio evoluto quod haec fuerit femina sanctissima. Ego, inquit, sum illa quae per xxx annorum spatium omnibus hominibus incognita permansi, et sicut heri et hodie vidisti, sic diebus singulis angelicis manibus in aethera levata coelestium agminum dulcissimam iubilationem septem vicibus per singulos dies corporeis auribus audire promerui. Et quia dies adest quod me de hoc mundo migrare oportet, vade ad beatum Maximinum et dicas ei quod die resurrectionis proxima, eo tempore quo ad matutinum surgere consuevit, oratorium solus ingrediatur et me illic angelorum ministerio inveniet adductam. Sacerdos autem vocem eius velud vocem angeli audiebat, neminem autem videbat. Festinus igitur ad beatum Maximinum adiit et cuncta per ordinem enarravit. Tunc sanctus Maximinus nimio repletus gaudio salvatori immensas gratias retulit, et illa die ac hora ut sibi dictum fuerat oratorium solus ingressus vidit beatam Mariam Magdalenam adhuc in choro angelorum stantem in medio eorum quibus adducta fuerat. Erat autem a terra quasi duorum cubitorum elevata, et in medio angelorum stans expansis manibus dominum exorabat. Cum autem beatus Maximinus ad eam accedere trepidaret, illa conversa ad eum ait: accede huc pater, ne fugias filiam tuam. Et appropinquante illo, sicut in libris ipsius legitur, ita vultus dominae ex continua visione angelorum radiabat ut facilius radios solis quis intueri posset quam eius faciem. Convocato igitur omni clero et sacerdote praedicto, corpus et sanguinem domini ab episcopo Maria Magdalena cum multa lacrimarum inundatione suscepit, deinde toto corpore ante altaris basim prostrata sanctissima illa anima migravit ad dominum. Post cuius egressum odor tantae suavitatis remansit ut per vii fere dies ab ingredientibus oratorium sentiretur. Cuius sanctissimum corpus beatus Maximinus diversis aromatibus condiens honorifice sepelivit, et post mortem suam iuxta eam se sepeliri praecepit. Egesippus vero sive, sicut quidam libri habent, Iosephus satis concordat historiae praedictae. Dicit enim in quodam suo tractatu quod Maria post ascensionem domini pulvere et tedio quod habebat nullum virum videre volebat, sed postquam ad Aquense territorium venit, in desertum abiit et xxx annis ibi incognita mansit. Ubi ut dicit qualibet die septem horis ab angelo in aera elevabatur. Addidit etiam quod sacerdos ad eam veniens repperit eam in cella clausam, qui ad eius petitionem sibi vestem porrexit, qua induta cum eo ad ecclesiam veniens et communione percepta elevatis manibus iuxta altare in pace quievit. Tempore Karoli magni anno domini dcclxix Gerardus dux Burgundiae cum de uxore sua filium habere non posset, largiter erogabat pauperibus et ecclesias et monasteria construebat. Cum igitur Vizeliacense monasterium construxisset, ipse et abbas monasterii monachum cum decenti comitatu ad Aquensem civitatem direxit ut si posset beatae Mariae Magdalenae reliquias inde transferret. Veniens igitur praedictus monachus ad praedictam civitatem, quam funditus a paganis destructam reperit, casu quoddam invenit sepulchrum. Cuius sepulchrum marmoreum demonstrabat quod corpus beatae Mariae Magdalenae repositum intus erat in sepulchro, eius sepultura erat miro modo

sculpta

iubilatio

magd

Nocte igitur illud effugere cupiens assumptis reliquiis ad hospitium deportavit. Nocte ipsa ante noctem eidem monacho apparuit beata maria magdalena dicens: noli timere, sed coeptum opus perficere. Rediens igitur cum ad medium leucae a monasterio venisset nullo modo de reliquiis moveri potuit donec reverenter abbas cum monachis cum processione honorifice suscepit. Miles quidam qui singulis annis ad corpus beatae mariae magdalenae venire consueverat ipse in bello occisus est quem dum in feretro parentibus plorarent et magdalenae pias querelas opponerent quod devotum suum sine confessione et poenitentia mori permisisset. Tunc subito cum defunctus fuisset stupentibus cunctis surrexit et sacerdotem ad se vocari praecepit. Cum autem devote confessus fuisset et viaticum recepisset protinus in pace quievit. Navis quaedam viris et feminis onusta naufragium patiebatur. Una autem femina cum esset praegnans et se in mari periclitari conspiceret magdalenam in quantum poterat inclamabat devovens quod si meritis suis ab ipso naufragio evaderet et filium pareret ipsum eius monasterio condonaret. Statimque femina quaedam venerabilis habitu et aspectu eidem apparuit quae eam per mentum arripiens aliis periclitantibus ad ripam illaesam perduxit. Ipsa autem postmodum filium pariens votum suum fideliter adimplevit. Asserunt quidam mariam magdalenam sponsam fuisse iohannis evangelistae quam duxerat, tunc quidem ipsum Christus de nuptiis vocavit et ex hoc indignata quod sponsum suum sibi abstulisset abiens omni voluptati se dedit. Sed quia congruum non erat ut vocatio iohannis sibi occasio fieret damnationis ad poenitentiam misericorditer convertit, et quia a summa delectatione carnali eam removit, ideo summa delectatione spirituali quae est in dei amore prae ceteris eam implevit. Quidam de iohanne quidem fatentur quod eum ad dulcedinem suae familiaritatis prae ceteris decoravit quia ab eadem delectatione eum removit, haec autem a quibusdam frivola reputantur.

Vir quidam oculorum lumine privatus cum ad monasterium vizeliacum ad visitandum corpus beatae mariae magdalenae veniret et suus ei ductor diceret se ecclesiam iam videre, ille magna voce [exclamavit]: O sancta maria magdalena utinam aliquando merear videre ecclesiam tuam. Statimque eius oculi sunt aperti.

Quidam dum sua peccata in sua manu in cedula scripsisset eam sub pallio altaris beatae mariae magdalenae posuit rogans ut sibi indulgentiam impetraret. Qui post modicum cedulam accipiens peccata sua de ipsa cedula omnia deleta invenit.

Quidam dum ob pecuniae exactionem in compedibus teneretur crebro in suum adiutorium mariam magdalenam invocavit. Et ecce quadam nocte speciosa sibi apparuit vincula frangens et ostia reserans sibi ut fugeret imperavit. Qui se absolutum videns protinus inde aufugit.

Clericus quidam de flandria stephanus nomine in tantam flagitiorum ruinam inciderat quod omnia exercens flagitia ea quae salutis erant non solum non facere sed nec audire volebat. In beatam mariam magdalenam ei nec ex toto dormienti nec ex toto vigilanti tamquam mulier formosa lugubres gerens oculos hinc duorum angelorum dextra levaque sustentata praesidio apparuit ei et dixit: Stephane quid est quod mihi indigna meis meritis facta rependis? Cur labiorum meorum instantia nulla compunctione moveris? Ex quo enim in me

devotionem magnam habuit et vigilias ieiunabat et festum colebat. Dum igitur eius tumulum visitasset maria magd. nec

minor

devotione

de inuocatione ihesu cepisti. pro te semper
clementem deum orauit. Sed ingere gratias et peni
te. nam ego te defendam donec deus hunc te
consolatus. Ille igitur mox tantam gratiam
in se infundi sensit quod seculo abrenunci
ans religionem introiuit. et perfectissime
uite finit. Manens morte uita est. magi
ster feretrum. Cum angelis assistere et
eius animam quasi columbam candidam
cum laudibus in celum sustulisse. De ethi mo nominis

Apollinaris dicitur ab apollens et naris. quasi
pollens uir
tutibus in naribus. ut a pollo quod mater uni
bilis et naris. per quod intelligi discretio
que inuenabit discretione uir. Vel ab a
quod est sine et polluo tores. sine pollutione
uicius sine pollutione uiciorum. De sancto apollinari.

Apollinaris sancti petri discipulus
ab eo de roma rauennam
missus est. ubi uxorem tribuni
sanauit ipsum cum uxore et eius familia
baptizauit. quod cum iudici nuntiatum est ab
eo apollinaris protinus accersitur. ductus quod
est ad templum iouis ut ibi immolaret. Cum
diceret sacerdotibus idolorum aurum et argentum
quod ante idola appensum melius pauperibus dari
quam demonibus sic appendi. protinus ca
pitur. et fustibus cesus semiuiuus relin
quitur. ac a discipulis collectus est in domo cuiusdam
uidue .vi. mensibus refouetur. Inde autem
uenit ad ciuitatem classensem ut quendam
nobilem mutum curaret. Cum autem
domum ingrederetur. puella quedam spiritu im
mundo habitis exclamauit dicens. Recede
hinc serue dei. nam faciam te ligatis
pedibus de ciuitate extrahi. quam apollinaris
increpans protinus exire coegit. Cum
igitur super mutum nomen domini inuocasset et
curatus fuisset plus quam quingenti homines
crediderunt. pagani autem eum fustibus cesum
prohibebant ne ihesum nominaret. Ille uero humi
iacens clamabat quia ipse uerus deus est.

Tunc nudis pedibus super prunas eum
stare fecerunt. sed cum adhuc christum constan
tissime predicaret. extra urbem eum pepulerunt.
Eo tempore rufus patricius rauennatum fi
liam habebat infirmam. et ad eam sa
nandam apollinarem uocauit. sed mox
ut domum ingressus est defuncta est. Cui
rufus dixit. Vtinam domum meam non
introisses. iratus est magnus deus. . . .
et filiam meam sanare noluerunt. tu
uero quid ei facere poteris. Cui apollinaris. Noli timere
tantum iura michi quod si puella surrexerit
creatorem suum sequi non prohibe
bis. quo iurante facta oratione puella
surrexit. et nomen christi confitens cum matre
et magna multitudine baptisma su
scepit et uirgo permansit. Quod audi
ens cesar scripsit ad prefectum pretori
ut apollinarem aut sacrificare faceret
aut eum relegaret. Prefectus igitur eum
sacrificare nolentem fustibus cedi fecit
et in eculeo extensum torqueri man
dauit. Verum dum deum constantissime pre
dicaret. aquam feruentem in uulneri
bus eius iactari iussit. et sic graui
pondere ferri uinctum in exilium mittere
uoluit. Videntes autem christiani tantam impie
tatem accensi sunt animo et in paganos ir
ruerunt. et plus quam ducentos uiros
occiderunt. Quod uidens prefectus
abscondit se. et apollinarem in carcere
truso catenis misit. deinde in nauim catenatum
in exilium posuit. cum tribus clericis qui eum se
cuti fuerant. naufragio facto. Ipse solus
cum duobus clericis ac duobus militibus
periculum euadens ipsos mi
lites baptizauit. Deinde rediens ra
uennam a paganis capitur et ad tem
plum apollinis ducitur. quod simulachrum
uidens ipsum maledixit. et statim cor
ruit. quod uidentes pontifices ipsum
taurino iudici presentauerunt. Qui cum inde-

eum tercium filium suum liberasset, credidit et ipse. iii. annis in suo predio manere fecit. post hec pontifices apud uespasianum eum accusassent, misit uespasianus ut quicumque diis iniuriam irrogaret aut sacrificaret siue sacrificaret aut urbe pelleretur. Non enim iustum est ut deos uindicemus, sed ipsi deorum si irascuntur se ulcisci poterunt si uolunt. Tunc demosthenes patricius eum sacrificare nolentem cuidam centurioni iam christiano tradidit, cuius rogatu progressus in uicum leprosorum ubi latuit ... rem genuit et indos latenter a paganis insecutus est et usque ad mortem durissime cesus. vii per vii dies superuiuens et discipulos admonens spiritum tradidit, et ibidem a christianis honorifice sepultus est, qui passus est anno domini lxx. sub uespasiano. Vale martyr ... sic dicit ambrosius in prefatione: apollinaris dignissimus presul a principe apostolorum petro rauennam mittitur ihesu nomen credentibus nunciare, qui dominum annunciabant, et signa ostenderet in christum credentibus. seuis uerbum flagellis sepe quoque et senile corpus ab impiis hominidis cruciatibus lanatur. Sed ne de suis temptationibus fideles trepidarent, in uirtute nominis ihesu christi signa apostolica perficit. puellam post corruptam tempore ... mortuam uiuificat, uisum conspicuum cecis reddidit et muto redintegrat loquelam, obsessum a demonibus liberat, contagione lepris inuidam dissoluit morbo sanat. pestifera membra portentum simulacri simul cum templo deiecit. O dignissimus ad miratione pontifex, qui cum pontificis dignitate apostolicam pertinuit accipere potestatem. O fortissimus athleta christi qui etiam iam senescente calore

... ihesum christum mihi predimi te redemptorem. xx ethimo nouimus

Cristina dicitur quasi christi mate unctio. habuit enim balsamum boni odoris in conuersatione et oleum deuotionis in mente et benedictionis gratie. De sancta cristina

Cristina nobilissimis parentibus orta in tyro ytalie a patre suo in quadam turri cum xii pedisequis collocata deos argenteos et aureos secum habens. et cum pulcherrima esset et a multis in coniugium peteretur, parentes eius nolebant concedere, uolentes eam in deorum cultura manere. Ipsa autem a spiritu sancto docta sacrificia abhorrebat et incensa deorum in uno latenter in fenestra abscondebat. Veniens autem pater eius pedisseque dixerunt: filia tua domina nostra diis nostris sacrificare contemnit, sed christianam se esse affirmat. Pater autem eius ei blandiens ad deorum culturam eam prouocabat. Cui illa: Noli me uocare filiam tuam, sed eius cui sacrificium laudis decet. non enim diis mortalibus sed deo celi offero sacrificium. Cui pater: filia mea ne uni deo tantum sacrificium offeras, ne ceteri irascantur. Cui illa: Bene locutus es nesciens ueritatem. offero enim sacrificium patri et filio et spiritui sancto. Cui pater: si tres deos adoras, cur et alios non adoras? Cui illa: tres illi una deitas est. Post hec cristina deos patris confregit et aurum et argentum pauperibus erogauit. Rediens autem pater ubi deos adoraret, sed ipsos non inueniens et ab ancillis quid de illis cristina fecit audiens, iussit eam expoliari et a xii uiris cedi ad quos ipsi uiribus deficerent. Tunc christina patri dixit: sine honore et pudore et abhominabilis deo, qui me cedunt deficiunt, pete ut a diis tuis si uales uirtutem. Tunc cathenatam eam in carcerem mitti iussit. audiens hoc mater lacerauit uestimenta sua

Et ad carcerem pergens filiae pedibus se prosternens dicens: Filia mea carissima, lumen oculorum meorum, miserere mei. Cui illa: Quid me vocas filiam tuam? nescis quia dei mei nomen habeo? Cumque nil proficeret ei persuadendo, ad virum rediit. Et cum ea quae audierat indicavit, tunc pater iussit eam ante tribunal suum duci. Et dixit: Sacrifica diis, quia nisi feceris multis affligeris suppliciis et mea filia non diceris. Cui illa: Magnam gratiam praestitisti mihi, quia iam me non vocas filiam diaboli; quod enim de diabolo nascitur daemonium est. Tu es pater ipsius sathanae. Tunc ille iussit carnes eius ungulis radi et membra eius tenera disiungi. Christina autem carnem de carnibus suis accipiens in faciem patris proiecit dicens: Accipe, tyranne, et comede carnem quam genuisti. Tunc pater eam ibi in rota posuit et ignem cum oleo supposuit, sed flamma exiens mille quingentos occidit. Pater autem eius omnia haec magicis artibus ascribens iterum eam in carcerem recludi fecit et facta nocte iussit praecepit suis ut lapidem grandem ad collum eius ligarent et in mari proicerent. Quod cum fecissent, protinus angeli eam assumunt, Christus autem ad eam descendit et eam in mari baptizavit dicens: Baptizo te in deo patre meo et in me Iesu Christo filio eius et in spiritu sancto, et commisit eam Michaeli archangelo, qui eam ad terram reduxit. Quod audiens pater eius frontem suam percutiens dicit: Quibus maleficiis hoc facis ut in mari maleficia tua exerceas? Cui illa: Stulte et infelix, a Christo hanc gratiam accepi. Tunc iterum eam in carcerem misit, ut mane decollari faceret. Eadem nocte Urbanus pater eius mortuus invenitur. Huic quidam iudex iniquus successit nomine Dion, qui sartaginem ferream succendit, oleum, resinam et picem proici fecit et Christinam ibi iactari fecit, ut citius consumeretur. Tunc Christina

quia a quattuor viris agitari fecit

deum laudabat, ut infantulam in cunabulis agitari, quod eam nuper denuo renatam valebat. Tunc iudex iratus fecit caput eius radi et nudam per civitatem usque ad Apollinem duci. Ipsa vero praecipiente ipsum idolum in pulverem est redactum. Quod audiens iudex expavit et spiritum exhalavit. Huic successit Iulianus, qui fornacem succendi iussit et Christinam ibidem iactari, ubi per quinque dies cum angelis cantans et deambulans illaesa permansit. Quod audiens Iulianus et magicis artibus hoc ascribens duas aspides, duas viperas, duos quoque colubres ad eam dimitti iussit. Sed serpentes pedes eius lingebant, aspides nil nocentes ad ubera pendebant, colubres collo eius se involventes sudorem lingebant. Iulianus autem incantatori dixit: Numquid et tu magus es? Excita bestias. Quod cum faceret, serpentes in eum irruentes protinus occiderunt eum. Christina serpentibus imperavit ut ad desertum locum irent, et mortuum hominem suscitavit. Tunc Iulianus mamillas eius praecidi mandavit, de quibus lac pro sanguine fluxit. Demum linguam eius praecidi fecit. Christina vero nequaquam loquelam amittens partem linguae accipiens in faciem Iuliani proiecit et oculum eius percutiens eum excaecavit. Iratus Iulianus duas sagittas circa cor et unam in latus eius dimisit, et illa pausata spiritum deo reddidit circa annos domini CCLXXXVII sub Diocletiano. Requiescit autem corpus eius in quodam castro quod Bulsenum vocatur inter Urbem veterem et Viterbium situm. Turris autem quae iuxta castrum erat funditus est destructa.

De sancto Jacobo apostolo

Iacobus iste apostolus dictus est Iacobus Zebedei, Iacobus frater Iohannis, Boanarges id est filius tonitrui, et Iacobus maior. Dicitur Iacobus Zebedei scilicet filius non

carne. Sed et nominis interpretatione zebedei interpretatur donans sive donatus. Et licet jacobus se ipsum deo donaverit per mortis martirium et a deo nobis donatus est in spiritualem patronum. Dicitur etiam frater johannis quia frater eius fuit non tantum carne sed et morum similitudine. Ambo enim fuerunt eiusdem zeli, eiusdem studii, eiusdem [illegible]. Eiusdem zeli ad dominum vindicandum. Cum enim samaritani dominum non recepissent, jacobus et johannes dixerunt: vis dicimus ut descendat ignis de celo et consumat illos. Eiusdem studii ad sciendum: nam isti duo precipue interrogaverunt ipsum de die iudicii et aliis futuris. Eiusdem petitionis ad optinendum, quia sessionem christi ad dexteram et ad sinistram ambo habere voluerunt. Dicitur filius tonitrui ratione sonoris predicationis, quia malos terrebat, pigros excitabat, omnes sua altitudine in admirationem convertebat. Unde dicit beda de johanne quod tam alte intonuit ut si aliquantulum altius intonuisset totus mundus eum capere non potuisset. Dicitur etiam maior sicut alter dicitur minor. Primo ratione vocationis quia primo vocatus est a christo. Secundo ratione familiaritatis, quia maiorem familiaritatem videtur christus habuisse cum isto quam cum alio, sicut patet quia ipsum ad secreta sua admittebat sicut fuit ad puelle resuscitationem et ad gloriosam transfigurationem. Tertio ratione passionis quia primus inter omnes apostolos passus est. Sic dicitur maior alio etiam quia primus vocatus est ad apostolatum gratie, sic etiam forte dicitur maior ex eo quia prius vocatus est ad eternitatis gloriam.

minor

De sancto jacobo apostolo

Jacobus apostolus filius zebedei post ascensionem domini per judeam et samariam predicavit et in hispaniam transmissus fuit ut ibi verbum domini seminaret. Sed dum ibi nihil proficere se videret et solum novem discipulos ibi acquisivisset, duobus ex illis cum predicandi ibi relictis et alios VII secum assumens judeam rediit. Magister autem johannes beleth dicit quod tantum unum convertit. Cum igitur in judea verbum domini predicaret, magus quidam nomine hermogenes cum phariseis discipulum suum nomine philetum ad jacobum misit, ut ipsum philetus coram judeis convinceret quod sua predicatio falsa esset. Sed cum apostolus eum coram omnibus rationabiliter convinceret et multa coram eo miracula faceret, rediit philetus ad hermogenem doctrinam jacobi approbans et miracula eius recitans, ac eius discipulum se fieri velle contestans, et ut ipse similiter eius efficeretur discipulus persuadens. Tunc hermogenes iratus arte sua magica ipsum immobilem fecit, ut se nullatenus movere posset, dicens: videbimus si jacobus tuus te solvet. Quod cum philetus jacobo per puerum nuntiasset, misit ad eum jacobus sudarium suum dicens: accipiat sudarium et dicat: dominus elevat elisos, ipse solvit compeditos. Statim ut sudarium tetigit, solutus a vinculis magicis hermogenis artibus exultans et ad jacobum properavit. Iratus hermogenes ad se vocat demones precipiens ut ipsum jacobum vinctum cum phileto ad se adducant, ut de ipso se vindicet, ne discipuli eius sibi deinceps audeant taliter insultare. Venientes autem demones ad jacobum ceperunt in aere ululare dicentes: jacobe apostole miserere nobis quia antequam tempus adveniat iam ardemus. Quibus jacobus: ut quid venistis ad me? Qui dixerunt: hermogenes nos misit ut te et philetum ad ipsum duceremus. Sed mox ad te venimus angelus dei nos catenis igneis religavit et plurimum cruciavit. Quibus jacobus: exsolvat vos angelus dei et ad ipsum redite et eum ad me vinctum adducite. Sed illi [illegible] apprehendentes hermogenem manus

demones

et a tergo ligatis manibus et tempus sic vinctum ad iacobum adduxerunt dicentes: tu misisti nos ubi incensi sumus et graviter cruciati. Et dixerunt eidem: Da nobis in eum potestatem ut possimus iniurias tuas et nostra incendia vindicare. Quibus iacobus: Ecce philetus coram vobis, cur eum non tenetis? Cui illi: Nos non possumus nec formicam que in cubiculo tuo est manu contingere. Dixit ergo iacobus ad philetum: Ut nos bona pro malis reddamus, sicut christus nos docuit, reddamus hermogeni; sicut te ligavit, tu eum solve. Soluto hermogene et stante confuso, ei dixit: Vade liber quo volueris; non est enim nostre discipline ut invitus aliquis convertatur. Dixit ei hermogenes: Novi iram demonum; nisi mihi aliquid dederis quod mecum teneam, occident me. Cui iacobus baculum suum dedit. Ille autem perrexit et omnes libros artis sue magice ad apostolum comburendos adduxit. Sed iacobus timens ne forte odor incensi necaret incautos, eos in mare proici fecit. Proiectis igitur libris ad apostolum rediit et plantas eius tenens dixit: Animarum liberator, accipe penitentem quem invidentem et detrahentem hactenus sustinuisti. Cepit igitur in dei timore perfectus esse adeo ut virtutes plurime per eum fierent. Videntes autem iudei hermogenem conversum, zelo commoti iacobum adierunt et eum quod christum crucifixum predicaret increpabant. Ille vero cunctis ex scripturis adventum et passionem christi evidenter probavit, et plurimi crediderunt. Abiathar autem pontifex anni illius seditionem in populo excitavit et misso fune in collo apostoli ipsum ad herodem agrippam adduci fecit. Ad cuius iussum cum ad decollandum duceretur, quidam paralyticus in via iacens ad eum clamabat ut sibi sanitatem conferret. Cui iacobus: In nomine ihesu christi pro cuius fide ductor

Ad decollandum, exurge sanatus et benedic creatorem tuum. Et statim sanatus surrexit et dominum benedixit. Scriba autem qui funem in collo eius miserat et trahebat, nomine iosias, hoc videns ad pedes eius se proiecit et veniam petens se christianum fieri postulavit. Quod videns abiathar eum tenuit et dixit: Nisi nomini christi maledixeris, cum iacobo decollaberis. Cui iosias: Maledictus tu et maledicti omnes dies tui, nomen autem domini ihesu christi sit benedictum in secula seculorum. Tunc abiathar os eius pugnis cedi iussit et missa de eo legatione ad herodem impetravit ut cum iacobo decollaretur. Cum autem decollandi essent, iacobus a spiculatore lagenam aque petiit et iosiam prius baptizavit et statim capitis obtruncatione uterque martirium consummavit. Decollatus est autem iacobus VIII kal. aprilis in annunciatione domini et VIII kal. augusti compostellam translatus, et III kal. ianuarii sepultus, quia sepultura eius fabricata fuit ab augusto usque ad ianuarium. Prelatio ecclesie, ut gregorius ... VIII kal. augusti in quo magis congruum debetur ut celebretur decollatio et iacobo. Vt enim iohannes beleth qui hanc translationem diligenter exequitur dicit, discipuli eius qui corpus nocte timore iudeorum rapuerunt navim illud imposuerunt et sepulture divine providentie committentes navim ascenderunt et angelo domino duce in galiciam in regnum lupe applicuerunt. Erat autem in hispania quedam regina que sic merito et nomine et vita lupa dicebatur. Deponentes igitur corpus de navi super quendam magnum lapidem illud posuerunt, qui lapis velut cera mox cessit et in sarcofagum

mirabiliter se coaptavit. Ingredientes autem
discipuli ad lupam dixerunt. dominus ihesus
ad te corpus discipuli sui misit ut quem voluisti
suscipere vivum suscipias defunctum
et narrantes ei miraculum qualiter
illuc sine remige advenissent locum ad
eius sepulturam congruum petierunt. Quod
dum regina audisset ut dicit magister
Johannes beleth eos in dolo ad quendam virum
crudelissimum sed secundum alios ad regem hyspa-
nie destinavit ut eius super hoc consen-
sum haberent qui eos cepit et in carcere re-
clusit. Cum autem ille discumberet angelus
domini carcerem aperuit et eos liberos abire
permisit. Quod dum ille cognovisset ve-
lociter post eos milites qui eos caperent
destinavit. Cum autem milites illi pontem
transirent fracto ponte omnes in flumine
demersi sunt. Quod ille audiens penitentia ductus
et sibi et suis metuens misit post illos
rogans ut ad se redirent et quicquid
vellent ad libitum impetrarent. Illi autem
redierunt et populum illius civitatis ad fidem
christi converterunt. Quod lupa audiens ve-
hementer doluit et redeuntibus ad
se discipulis et ad sensum regis appe-
tentibus illa respondit accipite boves quos
habeo in monte et plaustrum ad-
iungite corpus domini vestri deferte et
locum sicut vultis edificate. Hoc autem
lupa lupina cogitatione dicebat. Scie-
bat enim boves tauros esse indomitos
et silvestres et ideo putavit quod non pos-
sent iungi vel applicari vel si iungerentur
huc illuc discurrentes et currum sic dis-
siparent et corpus deicerent et ipsos
necarent. Sed non est sapientia contra deum. Illi
enim dolum eius non cogitantes mon-
tem ascendunt et draconem quendam
ignem spirantem et in eos irruentem
cruce opposita per medium ventrem sci-
dunt. facto autem super tauros signo crucis

velud agni mansueti fiunt. Et eos
iungentes corpus sancti iacobi cum lapide super
quem positum fuerat in curru posuerunt.
Boves autem sine alicuius regimine corpus in me-
dium palacium lupe detulerunt. Quod illa
videns et stupens credidit et christiana
effecta omnia que petierant tribuit et pala-
cium sancto iacobo dedicans magnifice ipsam
dotavit et in bonis operibus vitam fini-
vit. Vir quidam nomine bernardus
episcopatus mutinensis ut ait calixtus papa cap-
tus et cathenatus in fundo turris po-
situs erat et semper beatum iacobum invocaret
apparuit ei sanctus iacobus dicens veni sequere
me in galliciam et fractis cathenis
disparuit. Ille vero cathenas ad collum sus-
pensis ad summitatem turris conscendit
et nulla facta alia lesione uno saltu
fecit cum turris lx cubitorum altitu-
dinem possideret. Quidam ut ait beda
enorme peccatum commiserat et
episcopus confitentem absolvere timuisset hominem
illum cum cedula in qua illud peccatum scrip-
tum erat ad sanctum iacobum misit. Cum in festo
eius cedulam super altare posuisset
et sanctum iacobum ut illud peccatum deleret suis meri-
tis exoraret. Cedulam postmodum aperi-
ens et penitus deletum inveniens deo
et sancto iacobo reddidit gratias et factum omnibus
propalavit. Triginta viri de lotho-
ringia ut ait hubertus bisuntinensis cir-
ca annum domini mlxxx ad sanctum iacobum pergen-
tes omnes uno excepto fidem sibi mutuam
servare promiserunt. Unus autem illorum in-
firmatus xv diebus a sociis expectatur
sed tandem a cunctis relinquitur excepto so-
lo illo qui fidem non promiserat ad pedem
sancti michaelis montis custodivit. Sed ad
vesperascente die moritur. Iuvenis autem pe-
ricula solitudinis et defuncti presenciam
et imminente noctis caliginem et gen-
tis barbare feritatem noctis valde

ciunt. Beatus autem Ia. in specie equitis
superveniens et eum consolans ait ei: Tra-
de michi hunc mortuum et tu ascende
post me super equum. Sicque illa noc-
te ante solis ortum dietas .xv. pergen-
tes ad montem gaudii qui est dimidia
leuca citra sanctum Ia. pervenerunt. Quos sanctus
Ia. utrumque deposuit precipiens ut cano-
nicos sancti Ia. ad sepeliendum mortuum
convocaret peregrinum et illius sociis di-
ceret quod propter eorum fidem fractam non valere
pro anima eorum peregrinatio nil valet. Qui
iussa complevit et supervenientibus sociis
de eius itinere ea que sanctus Ia. dixerat innu-
it. ¶ Teuthonicus quidam ut ait Ca-
lixtus papa cum filio suo circa annum domini M. C.
XX. ad sanctum Ia. peregre pergens et urbe Tho-
losana gratia hospitandi divertens ab
hospite inebriatus est et ab eo in mala
argenteus ciphus absconditur. Mane quo-
que exeuntes quasi latrones insequens re-
vocavit, quod ciphum suum argenteum fura-
ti fuerant eius abeuntes. Cui contradicentes quod
faceret eos puniri si apud eos ciphum
invenire posset, et aperta mala invento
ciphum? primus ad iudicem rapiuntur. Data
igitur sententia omnia que habebant hospi-
ti dantur et unus eorum ad suspendium
adiudicatur. Compati pater pro filio et filius pro
patre mori volebat. Tandem filius suspenditur, pater
ad sanctum Ia. iens peregre pergit. Post
xxxvi. dies rediens ad sancti corpus
filii divertens et super eum lacrimabiles
voces proferens, ecce filius suspensus
ipsum consolari cepit dicens: Dulcissime
pater ne fleveris, quoniam michi sic bene fu-
it. Hactenus beatus Ia. me sustentavit et
celesti dulcedine refocillat. Quod pater
audiens ad urbem cucurrit et vocatis
populis filium peregrini incolumem depo-
suerunt et hospitem suspenderunt. Re-
fert Hugo de sancto Victore quod quidam
peregrino ad sanctum Ia. pergenti dyabolus
in specie sancti Ia. apparuit et dicens ei
penas vite presentis commemorans fe-
licem fore dicit si ob honorem suum se
castraret. Assumens qui mox gladium ar-
ripuit et primus se ipsum occidit,
et cum ille mane domo [illegible] hos-
pitem suspectus haberetur et mortem plu-
rimum formidaret, continuo qui mortuus
fuerat revixit asserens quod dum demo-
nes qui mortem suaserant ad supplicium
ipsum ducerent, beatus Ia. mox accurrit
et ereptum ad thronum iudicis de-
duxit et accusantibus demonibus ad
vite restitui optinuit. Quidam
iuvenis in territorio Lugdunen-
si natus Hugo alias Cluniacen-
sis qui ad sanctum Ia. frequenter cum devotione
magna ire solebat, quadam nocte
dum illuc tendere vellet nocte
illa in fornicatione lapsus est. Pergentique
nocte quadam dyabolus in specie sancti Ia. ap-
paruit dicens: Nosti quis sum? Negantique
illi dixit dyabolus: Ego sum apostolus Ia.
quem singulis annis visitare consuevisti.
Scias quod multum de devotione tua
gaudebam, sed nuper de domo tua
egrediens in fornicationem incidisti
et non confessus ad me accedere presum-
psisti, quod peregrinatio tua nisi Deo
placere possit non sic expedit. Si
ergo ad me peregrinari venire
desideras prius virilia tua post coitum
sum post confessionem suam. Sed preside
et postea peregrinando eadem commissa
punire. Et his dictis demon evanu-
it. Tunc iuvenis cum iam domum
suam rediret et parum consilii de mente
retinere despiciebat, et ecce dyabo-
lus iterum apparens in specie apostoli et cum dis-
suasit quod propter illud nullo modo si[bi] asseret
dimitteret nisi prius sibi genitalia

membra tractaret. beatior autem foret si
se vellet occidere et pro eius nomine martyr
esse. Iuvenis igitur nocte sociis dor-
mientibus gladium arripuit et genita-
lia membra sibi prescidit. Deinde eodem autem
illo se perimentem transfixit. Expergefacti
socii et videntes et plurimum formi-
dantes primus aufugerunt ne sus-
pecti et homicidio haberentur. Veri-
pati cum eius fovea pararetur qui sic fuerat
defunctus revixit et cunctis fugien-
tibus et stupentibus quod sibi accidit ano-
narravit dicens. Cum me ad suggesti-
onem demonis occidissem demones
me capientes versus Romam ducebant
et ecce post nos sanctus Iacobus properans accur-
rit et demones de falsitate incre-
pavit. Cumque ad invicem diutius discep-
tarent cogente beato Iacobo ad quoddam pratum
venimus ubi virgo Maria cum multis sanctis
alloquens residebat. Cum igitur beatus Iacobus pro
me conquestus fuisset illa plurimum
demones increpavit et me vite
restitui precepit. Beatus igitur Iacobus me susci-
piens vite me reddidit et videtis.
Post quod triduum nullo sibi cicatrici-
bus remanentibus iter arripuit et inve-
nis sociis omnia per ordinem enarravit.
fuit. Quidam ut ait Calixtus papa circa
annum domini MC cum uxore et filiis ad
sanctum Iacobum iret partim volens mortalitatem
que erat in terra fugere, cum sanctum Ia-
cobum cupiens visitare cum ad urbem
Pampiloniam venisset uxor eius obi-
it et hospes omnem pecuniam nec non et iu-
mentum quo vehebantur pueri abstulit.
Ille autem desolatus incedens duos par-
vulos humeris portabat alios ad ma-
num trahebat. Cum vir quidam cum asino oc-
currens compassione commotus asinum
commodavit ut super illum pueros veh-
eret. Qui cum ad sanctum Iacobum pervenisset

eius vigilanti et oranti sanctus Iacobus apparuit
et an se cognosceret inquisivit. Cum ne-
garet ait. Ego sum Iacobus apostolus qui tibi asi-
num meum accommodavi et iterum accommodabo re-
vertenti. Scias autem prius hospitem tuum
de solario corruentem mori et omnia que ti-
bi abstulerat recuperabis. Quod cum omnia contigis-
sent ille letus domum rediit et pueris
de asino depositis statim asinus disp-
aruit. Quidam mercator a quodam tyranno
iniuste spoliatus in carcere diu tenebatur
qui de nocte sanctum Iacobum in auxilium invo-
cabat. Cui sanctus Iacobus vigilantibus custodi-
bus apparuit et eum ad summitatem turris
ipsum perduxit statim quod ab eo se inclina-
vit quod ipsius summitas equalis terre fuit de
qua sine saltu descendens solutus reces-
sit quem custodes insequentes licet iuxta eum
pergerent tamen eum videre non poterant. Du-
tres milites de diocesi lugdunensi
ut ait Hubertus Bisuntinus ad sanctum Iacobum
pergerent unus eorum cuiusdam muliercule
amore sancti Iacobi rogatus sacculum ipsius sup-
er equum portabat. Deinde quendam infirmum
in via deficientem inveniens ipsum super
equum posuit et insuper burdonem consac-
to mulieris accipiens equum pedes seque-
batur. Sed fervore solis et labore nimis
fractus cum Galliciam advenisset infirmi-
tate gravissima laborabat. Cumque socii
eius de salute anime rogarent ille tribus
diebus extitit mutus. Sed quarto die
sociis finem eius mortem expectantibus
suspirans graviter ait. Gratias deo et sancto Ia-
cobo quia eius meritis sum liberatus. Cum enim
quod monebatis facere vellem demones
ad me venientes me tam graviter constrin-
gentes ut nil quod ad salutem anime per-
tineret aliquatenus loqui possem. Vos quidem
sed prius tamen non poteram. Sed et
sanctus Iacobus intravit ferens in sinistra
manu sacculum mulieris in dextera

clericum principis quem in via invenerant in no Vindone planctam et saeculum proiecto. Viderunt daemones qui in eum aggredientes elevato baculo daemones fugavit et insignum quoniam mihi gratia. Ecce beatus Iacobus qui me liberavit et loquelam reddidit. Nocte quoque ad me sacerdotem quod diu in hac vita esse non possum, et qui suis rem eorum dixit: Domine noli avertere domino meo militanti quia venit et dispensa et mala morte imprimo peribit. Sepulto autem comite, ille domino suo heredi dixit. Itaque ille pro nichilo habens et evidenter contemptis praedictis, postmodum lancea bello perfossus interiit. Cum quidam vir de Vizeliaco, ut ait Calixtus papa, ad sanctum Iacobum peregrinans pecunia defecisset et ille mendicare erubesceret, sub quadam arbore sompniabatur quod eum sanctus Iacobus pasceret. Evigilans panem subcinericium ad caput reperit, de quo xv diebus vixit quousque ad propria remearet. Singulis enim diebus bis de ipso comedens sufficienter, in sequenti die integrum in sacculo inveniebat. Refert Calixtus papa quod quidam civis Barchinone anno domini MC ad sanctum Iacobum veniens hoc solum postulasse dicitur ne deinceps ab aliquibus hominibus caperetur. Rediens igitur per Siciliam in mari a Saracenis captus est et pluries ab eis per nundinas venditus, sed semper cathene quibus ligatus fuerat solvebantur. Cum autem iam xiii vicibus venditus fuisset et duplicibus cathenis astrictus fuisset et ille beatum Iacobum invocaret, apparuit ei dicens: Quia in ecclesia mea existens postposita salute animae liberationem tantum corporis postulasti, ideo haec pericula incurristi. Sed quia deus misericors est, te non me redimere. Statimque ruptis cathenis per terras et castella Saracenorum partem cathene in testimonium huius miraculi ferens ad patriam suam cunctis videntibus et stupentibus rediit. Cum enim aliquis eum capere vellet, visa cathena protinus fugiebat. Sed et cum leones et aliae bestiae fere in eum per deserta gradientem vellent insurgere, mox visa cathena tremore nimio concutiebantur et in fugam protinus vertebantur. Anno domini MCCXXXVIII in vigilia sancti Iacobi in quodam castello quod Prato dicitur inter Florentiam et Pistorium sito iuvenis quidam simpliciter deceptus rustica quadam in segetes tutoris sui ignem apposuit eo quod hereditatem eius usurpare vellet. Captus igitur et confessus ad caudam equi trahendus et incendio addicitur. Qui peccatum confitens et sancto Iacobo se devovens cum in sola camisia iam in corpore nec in camisia sensit aliquam lesionem, tandem ad palum ligatur, ligna circa ducuntur, igne succenso ligna et vincula comburuntur. Sed in ipso spiritu beato Iacobo invocante nec in camisia nec in corpore aliqua lesio reperitur. Quem dum iterum in ignem vellent iactare, a populo eripitur et deus in apostolo suo magnifice collaudatur.

De ethimologia nominis

Christoforus ante baptismum dicebatur Reprobus, sed postmodum Christoforus dictus est quasi ferens Christum, ex eo scilicet quod Christum iiii modis portavit, scilicet in humeris per transductionem, in corpore per macerationem, in mente per devotionem, in ore per confessionem sive per praedicationem.

Christoforus gente Cananeus, procerissime stature, vultu terribilis erat et xii cubitos in longitudine possidebat. Qui, ut in quibusdam suis gestis legitur, cum staret cum quodam rege Cananeorum, venit sibi in mente ut maiorem

principem qui in mundo esset quereret
et ad eundem secum moraretur. Hac
de causa venit igitur ad quendam maximum
regem de quo generalis fama habebat
quod maiorem in mundo principem non haberet.
Quem rex videns libenter eum recepit
et in sua curia manere fecit. Quadam igitur
vice ioculator quidam cantionem coram
rege cantabat in qua frequenter diabolum
nominabat. Rex autem cum fidem Christi haberet
quotiens diabolum nominare audiebat pro-
tinus in facie se tamen signo crucis im-
primebat. Quod videns Christoforus plurimum
admirabatur cur hoc rex ageret et quid
vero signum hoc sibi vellet. Cumque de
hoc regem interrogaret et ille hoc sibi ma-
nifestare nollet, dixit ei Christoforus: Nisi
hoc mihi dixeris ulterius tecum non manebo.
Qua ratione coactus rex dixit ei: Quotiens diabolum
nominare audio hoc signo me munio
timens ne in me potestatem accipiat
et aliquid noceat. Cui Christoforus: Diabolum ne
tibi noceat metuis, ille igitur maior
et potentior te esse convincitur quem in tan-
tum formidare probaris. Frustratus
igitur sum spe mea qui putavi quod maio-
rem et potentiorem mundi dominum inve-
nissem. Sed iam nunc valeas quia ipsum
diabolum querere hac die volo ut ipsum mihi
dominum assumam et eius servus effi-
ciar. Discessit igitur ab illo rege et diabolum
querere properavit. Cumque per quandam solitu-
dinem pergeret, vidit magnam multitu-
dinem militum quorum quidam miles
ferus et terribilis ad venit ei et quo
pergeret requisivit. Cui Christoforus
respondit: Vado querere dominum diabolum ut ipsum mihi
dominum assumam. Cui ille: Ego sum ille
quem queris. Gavisus Christoforus se sibi in
perpetuum obligavit et ipsum in dominum
suum accepit. Cumque simul pergerent
et quandam viam communem quandam

crucem erectam invenissent, mox ut
diabolus ipsam crucem vidit territus fugit
et viam deserens per asperam solitudinem Christofo-
rum duxit et post modum ad viam reduxit. Quod
videns Christoforus admirans interrogavit
cur tantum timens viam planam reliquerit
et tam deviando per tam asperam devenerit
solitudinem. Quod cum ille sibi nullatenus indi-
care vellet, dixit Christoforus: Nisi hoc mihi indicaveris sta-
tim a te discedam. Qua ratione compulsus diabolus
dixit ei: Quidam homo qui dicitur Christus in cru-
ce affixus fuit, cuius cum signum con-
spicio plurimum pertimesco et territus fugio.
Cui Christoforus: Ergo Christus maior et potentior
te est, cuius signum in tantum formidas. Inva-
num igitur laboravi nec adhuc maiorem
mundi principem repperi. Iam nunc vale-
as quia te deserere volo, ipsum Christum
requirere. Cumque diu quesivisset quis sibi Christi
sui notitiam indicaret, tandem ad quendam
heremitam devenit qui Christum sibi predica-
vit et in eius fide Christum diligenter instruxit.
Dixitque heremita Christoforo: Rex iste cui de-
sideras istud requirit obsequium quod te
frequenter ieiunare oportebit. Cui Christo-
forus: Id nequaquam agere valeo. Cui rursus
heremita: Multas etiam orationes te fa-
cere oportebit. Cui Christoforus: Nescio quid
sit hoc nec hoc obsequium perficere possum.
Cui heremita: Nosti talem fluvium in quo mul-
ti transeuntes periclitantur et pereunt?
Cui Christoforus: Novi. Cui ille: Quia procere
stature es et fortis viribus, si iuxta flu-
vium illum residens et cunctos tradu-
ceres regi Christo cui servire desideras plu-
rimum gratum esset, et spero quod ibidem ei
se tibi manifestaret. Cui Christoforus:
Utique istud obsequium agere valeo et
me sibi in hoc servire promitto. Ad predictum
igitur fluvium accessit et ibi sibi habitaculum
fabricavit, portans et quandam perticam
loco baculi in manibus qua se in aqua

sustentabat omnes sine cessatione transferebat. Evolutis autem multis diebus cum in domuncula sua quiesceret audivit vocem cuiusdam pueri se vocantis et dicentis: Christophore, veni foras et me transporta. Christophorus autem exivit, sed neminem repperit. Rediens autem in domunculam parvuli vocem se acclamantis audivit. Qui rursus foras cucurrit, sed neminem invenit. Tertio autem ab eodem vocatus exiit et puerum quendam circa ripam fluminis invenit qui Christophorum ut se transduceret obnixe rogavit. Christophorus autem puerum in humeris elevans et baculum suum accipiens flumen transiturus intravit et ecce aqua fluminis intumescebat paulatim et puer ad instar plumbi gravissime ponderabat. Et quo magis procedebat eo magis unda crescebat et puer magis ac magis Christophori humeris pondere intollerabili deprimebat, adeo ut Christophorus in angustia nimia positus esset et se periclitari plurimum formidaret. Sed cum vix evasisset et flumen transmeasset, puerum in ripa deposuit eique dixit: In magno periculo me, puer, posuisti et adeo ponderasti quod si totum mundum supra me habuissem vix minora pondera persensissem. Ad quem puer respondit: Ne mireris, Christophore, quia non solum totum mundum supra te habuisti, sed et illum qui creavit mundum humeris tuis baiulasti. Ego enim sum Christus rex tuus cui in hoc opere servis, et ut me verum dicere approbes, cum pertransieris, baculum tuum iuxta domunculam tuam figens terre, et mane ipsum floruisse et fructificasse videbis. Statimque ab oculis eius evanuit. Veniens igitur Christophorus baculum suum in terra fixit et mane surgens invenit ipsum ad modum palme frondes et dactilos protulisse. Post hec Christophorus

Salomonem civitatem Lycie venit et dum linguam eorum non intelligeret oravit dominum ut illius lingue sibi concederet intellectum. Dum autem in oratione consisteret iudices eum insanum putantes reliquerunt. Adeptus igitur Christophorus quod petebat vultum contegens ad locum, ubi christianos torquebant, venit et christianos qui torquebantur in domino confortabat. Tunc unus ex iudicibus in faciem eum percussit. Cui Christophorus vultum discooperiens dixit: Nisi christianus essem meam protinus iniuriam vindicassem. Tunc Christophorus virgam suam in terra fixit ut ad suam orationem frondes emitteret dominum exoravit. Quod dum protinus factum fuisset, octo milia hominum crediderunt. Rex autem ducentos milites misit ut eum ad se ducerent. Qui eum orare invenientes eius intimare hoc timuerunt. Iterum tantundem misit qui et ipsi cum eo orantes pariter oraverunt. Surgens autem Christophorus dixit eis: Quid queritis? Qui eius vultum videntes dixerunt: Misit nos rex ad te ut te ipsum vinctum ducamus. Quibus Christophorus: Si ego nollo nec solutus nec ligatus a vobis potero duci. Dixerunt ei: Si igitur non vis, vade liber quo vis et nos regi dicemus quod te nequaquam invenerimus. Non ita, inquit, sed ego vobiscum ibo. Convertit eos ad fidem et manus suas a tergo ligari fecit et se regi vinctum presentari. Quem rex videns territus est et de sede sua corruit. Deinde assurgens de nomine suo et patria eum interrogavit. Cui Christophorus: Ante baptismum Reprobus dicebar, nunc autem Christophorus nominor. Cui rex: Stultum nomen tibi imposuisti, scilicet Christi crucifixi, qui nec sibi profuit nec tibi proderit. Nunc igitur, Cananee maledicte, quare diis nostris non sacrificas? Cui Christophorus: Rex, nomine es Dagnus

cretem es mortis mundi socius dixisti dii et tui sunt opera manuum hominum. Cui rex: Inter feras nutritus es qui non potes nisi ferinalia loqui et hominibus incognita. Tunc gloriosus sacrificantis magnos eius honores promittens sed et dicens simpliciter promittens nolentis sacrificare in carcerem mitti iussit milites illos quos ad eum miserat pro Christi nomine decollari fecit. Deinde duas formosas puellas, quarum una Nicea dicebatur, altera Aquilina, secum in carcerem recludi fecit, promittens eis multa munera si ad peccandum eum allicerent. Quod videns Christoforus se in orationem dedit. Sed cum a puellis tangeretur et amplexibus urgeretur, surgens ait: Quid queritis et ob quam causam huc introducte estis? At ille ex claritate sui vultus perterrite dixerunt: Miserere nostri, sancte Dei, ut in illum quem predicas credere valeamus. Quod audiens rex eas adduci fecit dicens: Et vos seducte estis; per deos iuro quod nisi diis sacrificaveritis mala morte peribitis. Cui dixerunt: Si vis nos sacrificare, iube plateas mundari et omnes ad templum convenire. Quod cum factum esset, ille templum intrantes, solventes cingula sua ad colla deorum miserunt et ad terram trahentes in pulverem contriverunt, dicentes astantibus: Ite et vocate medicos ut curent deos vestros. Tunc iussu regis Aquilina suspenditur, et ligato ad pedes ingenti saxo membra eius omnia dissolvuntur. Que cum migrasset ad Dominum, soror eius Nicea in ignem proicitur, sed cum illesa exiret, protinus decollatur. Post hoc Christoforus ante regem adducitur et virgis ferreis cedi et cassidem ferream ignitam capiti eius imponi iussit. Deinde subsellium ferreum fieri et Christoforum ibi ligari et subter ignem incendi ac picem superfundi. Sed subsellium velut cera liquefactum est et Christoforus illesus exiit. Deinde ad stipitem ligari et a quadringentis militibus sagittari iubet, sed sagitte in aere suspendebantur nec ipsum aliquis attingere poterat. Rex autem putans ipsum a militibus sagittatum et eum insultans, subito una de sagittis veniens ab aere et reversa in oculum eius cecidit et ipsum excecavit. Cui Christoforus: Tyranne, cras consummabor, tu ergo, tyranne, lutum de sanguine meo facies et oculum inunges et recipies sanitatem. Tunc iussu regis ad decollandum ducitur et ibi facta oratione decollatur. Rex autem modicum de sanguine eius sumens et super oculum suum ponens ait: In nomine Dei et sancti Christofori. Et continuo sanatus est. Tunc rex credidit et edictum posuit ut si quis Deum aut Christoforum blasphemaret gladio continuo feriretur. Ambrosius autem in prefatione sic ait de hoc martyre: Tantam, Domine, Christoforo virtutum copiam et doctrine gratiam contulisti, ut quadraginta octo milia hominum ab errore gentilitatis ad christiani dogmatis cultum suis fulgoribus revocaret. Niceam et Aquilinam in prostibulo publico lupanari longo tempore constitutas ad castitatis habitum revocavit easque simili corona ad martyrii palmam erudivit. Ad hec cum in sedili ferreo astrictus esset et non minimi caloris ignem circumpositum non timuit, atque per diem integrum omnium militum sagitte non potuerunt configere. Tandem unius ex carnificibus oculum collisit, cui beati martyris cruor tenebras lumini reddidit et corporis cecitate tollendo animum ejus illuminavit. Nam et apud te veniam impetravit atque nos morbos et languores expellat. Optinuit suffragiis.

De septem dormientibus

Septem dormientes in civitate Ephesi orti sunt. Decius imperator persecutionem christianorum faciens cum Ephesum venisset, edificari templa in medio civitatis

ut omnes convenientes sacrificarent ydolo-
rum. Cum igitur omnes christianos inquiri iussisset et vin-
ctos aut sacrificare aut mori compelleret,
tantus penarum timor cunctis inerat
ut amicus amicum, pater filium et filius
patrem abnegabat. Tunc in illa civitate
inventi sunt vii christiani Maximianus, Mal-
chus, Marcianus, Dionisius, Iohannes, Serapion et
Constantinus. Qui hec videntes nimie dole-
bant et cum essent primi palatii, sacrificia y-
dolorum contempnentes in domo sua se celabant
et in ieiuniis et orationibus vacabant. Accu-
sati igitur ante Decium astiterunt et confessi sunt se
christianos. Dato eis resipiscendi spatio
usque ad reditum Decii, dimiserunt eos. Ac illi
patrimonium suum in pauperibus expendentes
inito consilio in montem Celion se receperunt
et ibi esse secretius decreverunt. Diu igitur sic
latentibus, unus eorum semper ministrabat
et quotiens intrabat urbem, figuram se
mendici et habitu vestiebat. Cum igitur Decius
in urbem rediisset et eos ad sacrificandum pre-
cipisset inquiri, Malchus minister eorum timens
ad socios rediit et eis imperatoris
furorem indicavit. Qui cum vehementer timerent,
Malchus autem allatos panes eis appo-
suit, ut cibo confortati fortiores ad prelium
redderentur. Post autem cenam cum sederent
et colloquerentur in luctu et lacrimis, sic
deo volente subito dormierunt. Mane facto
quesiti inveniri non possent et Decius do-
lens quod tales iuvenes perdidisset, accusa-
ti sunt quod hucusque in monte Celion latuissent
et sua christianis pauperibus erogassent, in suo
proposito permanentes. Iussit igitur Decius ut
eorum parentes adessent, et comminatus est eis
mortem nisi dicerent quecumque scirent. Illi ac-
cusabant eos et divitias suas ex-
pendisse pauperibus conquesti sunt. Tunc
cogitavit quid de eis faceret et nutu dei
os spelunce lapidibus obstrui iussit,
ut in ea morerentur fame et inopia. Cum quod

ministri, quidam Theodorus et Ruffinus christiani, Theo-
dorus et Ruffinus eorum martyrium descri-
bentes caute inter lapides posuerunt.
Mortuo igitur Decio et tota eius generatione
post annos ccclxxii, anno xxx
imperii Theodosii pullulavit heresis eorum
qui negabant resurrectionem mortuorum. Unde con-
tristatus Theodosius christianissimus impera-
tor, quam fidem tam impie agitari videbat,
indutus cilicio sedens in interiori loco
per singulos dies flebat. Quod videns
misericors deus, consolari lugentes et con-
firmare spem de resurrectione mortuorum vo-
lens, thesaurum sue pietatis aperiens
in predictos martyres suscitavit isto
sic modo: Immisit in animum burgensis Ephe-
si ut in illo monte edificaret sta-
bula pastoribus suis. Cum ergo cementarii
speluncam aperirent, surrexerunt sancti
et se invicem salutantes putabant
se tantum una nocte dormisse et diei sua
tristiciam recordantes interrogaverunt
Malchum qui eis ministraverat quid
de eis Decius decrevisset. Ac ille: Re-
sicut heri dixi, quesiti sumus ut ydolis
immolemus. Ecce quid de nobis cogitat
imperator. Respondit Maximianus: Et deus scit quia
nos non sacrificabimus. Cumque socios con-
fortasset, iussit Malcho ut emptum
panes ad urbem descenderet et plures
quam heri panes afferret, et quid heu im-
perator mandasset. Tollens Malchus v
solidos de spelunca exiit et videns la-
pides miratus est, sed et aliud cogi-
tans parum de lapidibus cogitavit.
Veniens igitur timidus ad portam civitatis
valde miratus est videns super portam
signum crucis. Unde pergens ad aliam
portam civitatis, idem signum in ea vi-
dit et valde miratus est videns omnes por-
tas signo crucis appositas et immu-
tatam civitatem, signans se ad priorem

portam rediens et ex nimia admiratione stupefactus, videns se confirmans ac confortans et multum optans velatum ingredi. Veniens ad venditores panum audivit homines loquentes de Christo et amplius stupefactus ait: Quid est istud quod heri nemo Christum audebat nominare et nunc omnes Christum confitentur? Puto quod haec non est Ephesiorum civitas quia aliter aedificata est, sed aliam civitatem nescio talem. Et cum interrogans audisset hanc esse Ephesum, errare se putavit et redire ad socios cogitavit. Accessit tamen ad eos qui panem vendebant et cum argenteos protulisset, mirantes venditores dicebant ad invicem quod ille iuvenis antiquum thesaurum invenisset. Malchus vero eos ad invicem loquentes videns putabat quod vellent eum ad imperatorem trahere et territus rogavit eos ut se dimitterent et panes et argenteos retinerent. Illi autem tenentes eum dixerunt: Unde es tu? quia thesauros antiquorum imperatorum invenisti, indica nobis et erimus socii tecum et celabimus te, quia aliter celari non potest. Malchus vero non inveniebat quid diceret prae timore. Illi autem videntes eum tacentem miserunt funem in collo eius et trahebant per vicos usque ad medium civitatis. Et exiit rumor ad omnes quod quidam iuvenis thesauros invenisset. Congregatis igitur ad eum universis et eo mirantibus, volebat eis satisfacere quod nichil invenisset, et circumspiciens omnes a nemine cognosci poterat, et prospiciens inter parentes nolens cognoscere aliquem ex consanguineis suis quos vere vivere putabat et nullum inveniens tamquam amens stabat in medio civitatis. Quod cum audisset sanctus Martinus episcopus et Antipater proconsul qui noviter venerant ad civitatem, mandaverunt civibus ut eum caute adducerent et argenteos eius. Cumque a ministris traheretur ad ecclesiam, putabat quod duceretur ad imperatorem. Episcopus vero et proconsul mirantes argenteos interrogaverunt eum ubi thesaurum incognitum invenisset. At ille respondit se nichil penitus invenisse, sed de sacculo parentum suorum eos denarios habuisse. Et interrogatus cuius civitatis esset, respondit: Bene scio quod huius civitatis sum, si tamen haec est civitas Ephesiorum. Proconsul dixit: Fac venire parentes tuos ut testentur pro te. Quorum cum nomina diceret et nullus eos cognosceret, dicebant eum fingere ut aliquo modo evaderet. Et ait proconsul: Quomodo credimus tibi quod argentum parentum tuorum fuerit, cum scriptura eius habeat plusquam .cc.lxxvii. annos et sit primorum dierum Decii imperatoris et nullo modo similis sit argenteis istis, et quomodo parentes tui tanto tempore fuerint? Tu iuvenis vis decipere sapientes et senes Ephesi. Ideo iubeo te legibus tradi donec confitearis quid inveneris. Tunc procidens Malchus ante eos dixit: Pro Deo, domini, dicite mihi quod vos interrogo et ego dicam vobis quod est in corde meo. Decius imperator qui fuit in ista civitate ubi est? Dixit episcopus: Fili, non est hodie in terra qui Decius nominetur; imperator fuit ante longum tempus. Malchus autem dixit: In hoc domine ita stupeo ut nemo credat mihi. Sequimini me et ego ostendam vobis socios meos qui sunt in monte Celio et ipsis credite. Hoc autem scio quod a facie Decii imperatoris nos fugimus et ego sero vidi quod ingressus est Decius imperator hanc civitatem, si tamen haec est civitas Ephesus. Tunc episcopus cogitans intra se proconsuli dixit quod visio est quam Deus vult ostendere in iuvene isto. Perrexerunt igitur cum eo et civium plurima multitudo. Et ingressus est primus Malchus ad socios suos et post eum episcopus ingrediens invenit inter lapides litteras sigillatas duobus si-

gulis argenteis. et cum uocato proconsule le-
gerent eas. et audientibus et mirantibus
cunctis et uidentibus sanctos sedentes in
spelunca sua. et facies eorum tamquam ro-
sas florentes et procidentes glorificaue-
runt deum. et statim episcopus et proconsul mise-
runt ad theodosium imperatorem rogantes
eum ut cito ueniret. et mirabilia dei
nuper ostensa uideret. qui protinus surgens
de strato et sacco in quo lugebat glo-
rificans deum uenit de constantinopoli in ephe-
sum et obuiantibus cunctis cucurrit simul omnes
ad speluncam. Sancti autem mox ut sancti ui-
derunt hominem facies eorum resplenduerunt
ut sol. et ingressus imperator procidit
ante eos glorificans deum et surgens am-
plexatus est eos et super singulos fle-
uit dicens. Sic uideo uos tamquam uiderem
dominum resuscitantem lazarum. Tunc dixit
sanctus maximianus ad eum. Crede nobis quia pro-
pter te resuscitauit nos ante diem resurrectionis ma-
gne ut credas indubitanter quia est resurrectio mor-
tuorum. Nos enim surreximus et uiuimus. et sicut
infans est in utero matris non sentiens lesionem et
uiuit. sic fuimus uiuentes iacentes et
dormientes et non sentientes. et hec
dicens uidentibus cunctis inclinantes capi-
ta in terra obdormierunt et tradiderunt
spiritus suos secundum dei iussum. Surgens autem imperator
cecidit super eos flens et osculans eos et
iussit fieri loculos aureos in quibus po-
nerentur. Sed ipsa nocte apparuerunt ipsi dicentes
ut sicut hactenus in terra iacuerant et ex terra
surrexerant sic eos dimitteret donec eos
deus iterum suscitaret. Iussit ergo imperator locum
illum ornari lapidibus auratis et omnes
episcopos resurrectionem confitentes absolui. Quod autem
ccclxxii annis dormisse dicuntur dubium est. quia
anno domini ccccxlviii surrexerunt. Decius
autem regnauit uno anno tantum et iii mensibus
scilicet anno domini cclii et sic non dormierunt nisi an-
nis c et nonaginta quatuor uel tribus.

De ethimologia nominis

Nazarius dicitur quasi nazareus
quod interpretatur consecratus uel mundus
uel separatus uel floridus uel custodiens. In homine
reperiuntur ista v. scilicet cogitatio. affectio. in-
tentio. actio et locutio. Cogitatio autem
debet esse sancta. affectio munda. intentio
recta. actio iusta et locutio moderata.
Hec omnia fuerunt in beato nazario. huius enim co-
gitatio sancta et ideo dicitur consecratus. affe-
ctio munda et ideo dicitur mundus. Intentio
recta et ideo dicitur separatus. Intentio enim est quasi
que separat opera nostra. ex oculo sim-
plici corpus lucidum et ex oculo nequam
corpus tenebrosum. Actio autem munda
et ideo dicitur floridus quia sicut nazareus florebit
sicut lilium. Locutio moderata et in-
de custodiens quia custodiuit uias
suas ut non delinqueret in lingua sua.
Celsus dicitur quasi supra se excelsus quia se erexit
per uirtutem quam sequitur. Horum ue-
ro passionem ambrosius in libello
geruasii et prothasii reperit dei manibus
datum libellum legitur. quem quidam philosophus naza-
reo de nouo eius passionem conscripsit. Cer-
tamen cum sanctorum corpora se reuelante
ad ipsum quorum expositio.

De sancto Nazario

Nazarius filius illustris-
simi uiri nomine africani
sed iudei et lege perfecte christiane
sanctissime et nobilissime a beato petro
apostolo baptizate extitit. Cum x annorum ple-
nus extitisset. uidens patrem suum et
matrem sub tanta religione
tam dissimili uariari. quia mater christiane
legi baptismum. pater sabbatum id est legem
iudaicam sequeretur. uterque tamen magis ad
heredem trahere. plurimum dubitabat.
Tamen ad fidem maternam tandem
declinauit et nutu dei uestigia matris
adhesit et a beato lino papa sacrum baptisma
suscepit. quod pater intelligens cepit ipsum a
suo proposito retrahere et tormentorum genera

xianus inferius explicatur pro ordi-
ne. Quamuis dicatur eum a lino papa bapti-
zatum forte intelligitur non quia tunc
esset papa. Sed quia fuit postea. Nazarius
autem post baptismum [illegible] per annos multos
[illegible] quam in sermone tam exemplo perfectio-
ne [illegible] anno [illegible] ipsi [illegible]
ni. linus autem post mortem petri papa fuit
cui et patri nullatenus assentiret. Sed
christum constantissime predicaret parentes
ad preces parentum quia ne occideretur time-
bant de urbe roma exiit et [illegible]
[illegible] honoratos
accipiens per ciuitates ytalie veniens
et omnia pauperibus erogauit. Decimo
autem anno digressionis sue a roma pla-
centiam et inde mediolanum aduenit. Ubi sanctos
geruasium et protasium in carcere detineri
reperit. Audito autem quod nazarius per eos
martires animaret ductus ad prefectum
[illegible] in confessione christi [illegible]
fustibus [illegible] ex urbe illa pellitur.
Dum de loco ad locum pergeret mater eius que
obierat sibi apparuit et filium suum confor-
tans ut ad gallias pergeret admo-
nuit. Cum autem ad urbem gallie que gemellus
dicitur aduenisset et ibi plurimos conuertisset que-
dam matrona filium suum nomine celsum
elegantem [illegible] sibi obtulit rogans ut
ipsum baptizaret et secum duceret. Quod preses
gallie audiens ipsum cum puero celso
retro manibus uinctum et collum cathena
constrictum in carcerem reclusit ut eum in cras-
tino tormentis afficeret. Tunc uxor si-
bi misit ad eum asserens iniustum esse in-
dignum innocentes occidere et deos
omnipotentes [illegible] quibus
[illegible] absolutus
ut ne predicaret [illegible] admonitus
est. [illegible] ad urbem [illegible]
et [illegible] primus predicans multos ad
fidem christi conuertit et ecclesiam edificauit. Quam

[illegible]

Audiens cornelius uicarius neronis ipsi in-
[illegible] mandauit et [illegible] .c. mili-
tes ad eum capiendum misit. Qui illum iux-
ta oratorium eius constrictis manibus [illegible]
ei ligauerunt dicentes magnus nero te uo-
cat. Quibus nazarius [illegible] rex [illegible]
suos milites [illegible] non uenientes homines
te non dignus [illegible] uocare te et uenisse [illegible]
Qui ipsum ad neronem ducebant et celsum puerum
plorantem alapis cedentes ut sequeretur in-
[illegible]. Quos nero uidens iussit eos in carcerem
recludi donec [illegible] suppliciis excogitaret
puniret. Interea cum nero quadam uice ad capi-
endas feras uenatores misisset subito fere
in uiridarium erumpentes [illegible]
[illegible] et multos lacerauerunt et plerosque
occiderunt [illegible] nero tantum diffugeret
et uulnerato pede uix ad palatium perue-
nit [illegible] diebus illis [illegible] dolore
[illegible] nazarium [illegible]
deos sibi iratos fuisse eo quod tamdiu uiue-
re permisisset. Iussu igitur imperatoris nazarium
milites calcibus tundentes et [illegible]
tes de carcere eduxerunt et coram imperatore
adduxerunt. Uidens autem nero faciem eius instar sol-
[illegible]
[illegible] dixit
[illegible] Ductus igitur nazarius ad
templum rogauit ut omnes exirent et sic eo
orante omnia idola confracta sunt. Quod audi-
ens nero iussit ipsum in mari precipitari. Precipi-
[illegible] ut si forte euaderet ipsum insequentes
[illegible] et pulueres eius in mari
[illegible]. Nazarius igitur et puer celsus
[illegible] et in medio pelagi perducti
precipitantur. Sed statim [illegible] tempestas
maxima [illegible] circa sanctos autem tranquillitas ma-
xima erat. Cum autem illi periclitari timerent
et malorum que in sanctos commiserant [illegible].
Ecce nazarius cum puero celso super aquas
ambulans [illegible] eis apparuit et fir-
[illegible] credentibus [illegible]

nire placuit. At cum eis ad locum
praecipitationis se receptos mr. unde ianue
se preuenio (?) uel cum diu ibi praedicasset me-
diolanum venit, ubi sanctos Geruasium
et Prothasium reliquerat. Veniens. Quod cum Anolinus
praefectus audisset, remanente Celso in do-
mo cuiusdam matrone in exilium duxit.
Nazarius ad Romam veniens et parentem suum
iam senem et christianum invenit. Quo
quaesitus sanctus. Cui dixit Petrum apostolum sibi ap-
paruisse et eos praecedentes se ad Christum converte-
re. Filius loquitur ad monitionem demum a
templorum pontificibus ad urbem Mediolanum
ubi Romanum in exilium missus fuerat reducitur
in civitatem cum Celso. Vel cum puero Celso
praesidi praesentatur qui eductos extra portam
Romanam in loco qui dicitur tres muri cum puero
Celso decollantur. Et quorum corpora cum Christiani
rapuissent et mortis sue collocassent
ipsa nocte sancti eidem in nomine Ceratio ap-
parentes dixerunt ut eorum corpora ipse in
domo sua profundius sepeliret
ambrosius ille (?) ... dicens sanat ... filiam
meam paralyticam. Que continuo sanata fuit.
Et corpora eorum ubi eis iusserant sepe-
liuit. Post longum uero tempus ... eorum
beato Ambrosio reuelatum Celso in loco sancto
inuenit Nazarium cuius sanguinem recentem
eadem hora sepultum ... sanguinem
integrum et incorruptum cum capillis et bar-
ba repperit. ... ad ecclesiam apostolorum transtulit
et honorifice sepeliuit. Celsum quoque
post modum sustulit et in eadem ecclesia col-
locauit ... Ambrosius in prefatione ... dicit. Vn-
de hic martyr ... dixit Ambrosius in praefatione. In-
ter sanctos roseo illustratus cruore Nazarius
celestem meruit et consecutus est regnum. Qui diu
persistens tormentorum supplicia crudelis
dextrae ... tyrannicas rabiem fidei constan-
tia domuit nec potuit persecutorum illatis
cedere minis, qui pro se certante ipse auctor
uictorie Christus Dominus dimicabat. Dum autem

ad templum ... idolorum praeferre ... prophanis
cuiusdam presentia ... fluctibus praesidio
... ingressus est ... recedit ipsum
est obliuioni humidis marisque ... longe
... angelica munimen
immobilem solidamque fluctus nequaquam
... o felix et inclitus pu-
gnator Domini qui mundi egressus per ...
... in ... multitudinem ... vince
... o magnum et in-
estimabile sacrum ... de illorum
salute ... eorum ... permisisse
... O beata mater ... natorum suorum
glorificata tormentis ... planctu
... ad inferna deduxit. Sed a
celestia eterna ... letitia
laude ... o terrus ... frag...
nitore celesti fulgure ... in
... odor salernus (?) ... ambo-
... ambrosius repiens ... patronum
dedit ... in medio fidei ... sa-
cri ... bellatorem ... in loco
... ipsum ... nimis
... Vincere ... ubi pa-
ce ... Christi ... in immunitate
... anglicos ... humana ...
... Hec Ambrosius. **De sancto Felice**

Felix loco libri presbyter
eligitur et ordinatur. Cui cum
Liberius papa nollet annuere heresi
consentire, missus est in exilium a Con-
stantio filio Constantini ... residentiam
moratus est ... Tunc ... clericis
Romanis loco eius Felicem ordinat
apud Liberio nolente et consentiente ...
Felix consilio xlviii
episcopis ... in pace ... Constantium
et ... duos presbyteros ... ...
... ... indignati
Felicem de ... ... et Liberium
eo pacto ... sibi ...
... Felix decapitatur.

continuit ca liberius quia tedio ami-
tus exilii. uictus in prauitate heresis
prestio et sic eiusmodi persecucio ex-
tincta. ut quam plurimi sacerdotes et cle-
ci a liberio non prohibite intrare ecclesiam simo-
neam. Felix vero de episcopatu deiectus
in predio suo humiliter eductus mi-
tissimi capitis obtruncacione p-
uisus circa annos domini cc.xl. **De sanctis Sym-**
plicio et faustino

Simplicius et faustinus
fratres cum sacrificare contempnerent
sub dyocleciano multa rome suppli-
cia perpessi tandem data super eos
sententia decollantur. et in tyberim corpora
proiciuntur. Soror autem eorum nomine beatrix cor-
pora eorum de flumine leuauit et hono-
rifice sepeliuit. Lucretius autem prefectus dum
predium eius ambiret eam tenuit et ut
ydolis immolaret precepit. Quod illa con-
tempnente lucretius noctu a seruis suis
prefocari fecit. Cuius corpus lucina vir-
go rapiens iuxta fratres suos sepeliuit.
Post hoc lucretius predium ipsius intrauit
et facto conuiuio amicis suis conui-
uantibus insultauit. Infantulus quidam
lactans pannis inuolutus de gremio
matris que ibi aderat cunctis audientibus
exclamauit. Audi lucreci occidisti
et inuasisti et ecce datus
es in possessionem inimico. Statim quoque lucreci-
us tremens ac timens a demone arreptus
et per tres horas ab eo est vexatus. Demum
in ipso conuiuio mortem exspirauit. Quod videntes
qui aderant ad fidem conuersi sunt et
narrabant omnibus passionem sancte bea-
tricis virginis in conuiuio vindicatam. Pas-
si sunt autem circa annos domini cc.lxxxvii. **De martha hospita.**

Martha hospita christi ex patre syro
et matre eucharia
regali ex progenie descendit. Pater eius
syrie et maritime multarum regionum
dux extitit. Terra copiosa. Magda-
lum et bethaniam utrique et so soli
remanserunt urbis partem martha et sorore
uire magdalene in diuiciis possidebat. Sed
quod legitur augustinus virum habuisse nec hominem co-
gnouisse. ministrabat autem domino nobilis
hospita et sororem pro sua ministrare uole-
bat quia uidebat quod ad seruiendum tanto
hospiti non sufficeret. et totus mundus
post ascensionem domini cum facta esset dis-
persio discipulorum ipsa cum fratre suo laza-
ro et sorore sua maria magdalena nec
non et beato maximino qui eos baptizauerat
et cui a spiritu sancto fuerant commendate. cum aliis
ablatis remis velis et gubernaculis
omnibus cum aliis ab infideli-
bus includuntur. qui domino duce marsiliam
peruenerunt. tandem territorium aquense adeuntes
et illic populum ad fidem conuertunt. erat autem
martha valde facunda et omnibus gratio-
sa. Erat autem tunc temporis super rodanum in nemore
quodam inter arelatem et auinionem draco
ad voluntatem meam te perduxi. Tunc cyriacus
dixit demoni: Imperat tibi ihesus christus
ut exeas. Et statim exiens demon dixit:
O nomen terribile quod me coartat exire. Et sic sa-
natam puellam cum patre et matre et multis
aliis baptizavit. Et cum multa sibi mu-
nera offerrent, recipere noluit, sed xlv di-
ebus ibidem in pane et aqua ieiunans ad
romam rediit. Post duos autem menses dyo-
clecianus defunctus est. Cui maximianus
succedens iratus de sorore sua ar-
themia, cyriacum comprehendi et nu-
dum cathenis ligatum ante currum
suum trahi iussit. Iste maximianus dic-
tus galerius primo post dicta filius dyocleciani
qui et successit ei eius filia huic
uxore. Quod alia in cronica est.
Deinde iussit carpasio vicario ut
ipsum cum sociis sanctificante ostende-
ret dominis suppliciis occideret. Et
Tunc picem super caput eius liquefactam

[margin: ad p]

et in eculeo eum suspendi iussit. Fecit
cyriacum cum omnibus sociis suis de-
collari circa annum domini ccc. Carpasius
autem domum sancti cyriaci impetravit
et ad derisionem christianorum in loco ubi christi-
ani baptizabantur se balneare
et epulas cum xix celebrare solito
omnis mortui sunt. Et ex tunc clauso
balneo gentiles christianos timere
ceperunt. De ethymologia nominis.

[margin: socijs] [margin: et venerari]

Laurentius dicitur quasi lauream te-
nens, que est corona de lauro
facta, quia olim de lauro victo-
res coronabantur. Hec autem arbor est victo-
riosa, amena in viriditate, ame-
na odore, grata et efficacia in virtute. Vel dici-
tur gratia laurentius dictus a lauro quia victoriam
optinuit in sua passione. Unde con-
fusus decius dixit: puto quod iam
victi sumus. Viriditatem habuit cor-
dis munditia et puritate. Unde dixit:
mea nox obscurum non habet. Et odorem
per memorie perpetuitatem. Unde de eo
psalmus: Dispersit dedit pauperibus et iustitia
eius manet in seculum seculi. Beatus maxi-
mus: Quomodo non huius martyrii ma-
neret iustitia quod eo sic impleret
ore et gloriosissimo martyrio conse-
cravit. Efficaciam in virtute, primo sanctam
predicacionem, postquam lucillum et ypolitum
romanum convertit. Huius autem arboris effi-
cacia est quia calculum frangit,
surditatem sanat, fulmen non me-
tuit. Sic laurentius frangit cor durum,
spiritualem reddit auditum et protegit
a fulmine sive terrorum. De sancto laurentio

Laurentius martyr et levita
levita gente hyspanus
a beato sixto romam deductus est.
Nam sicut dicit magister io. beleth,
quod cum beatus sixtus hyspaniam profectus
esset, duos iuvenes ibi repperit.

[margin: a beato sixto]

Laurentium et vincentium eius cognatum
morum honestate et in omni
actione preclaros. Quos romam adduxit
quorum alter scilicet laurentius cum eo rome remansit.
Vincentius vero eius cognatus in hispaniam
rediit et glorioso martyrio vitam
finivit. Huic autem opinioni Johannis beleth repu-
gnat tempus martyrii utriusque. Laurentius enim sub de-
cio, vincentius in iuvenili etate sub da-
ciano preside passus est. Sed inter de-
cium et dacianum fluxerunt fere an-
ni xl et imperatores xiii medii fue-
runt. Tunc beatus vincentius non potuit iam iuve-
nis existere. Beatus autem sixtus sanctum lauren-
tium archidiaconum ordinavit. Eo tempore
philippus imperator et filius eius nomine philippus
fidem christi receperunt et christianitatem ecclesie dei
exaltare plurimum intendebant.
Iste philippus primus imperator fuit qui fidem
christi recepit, quem origenes ut dici-
tur ad fidem christi convertit, licet alibi legatur quod beatus
pontius eum converterit. Regnavit autem anno
domini ccxlvi, anno ab urbe condita mil-
lesimo. Iste enim ut pontius christianus prodi-
dit, quod annus millesimus sue con-
ditionis cum ingenti celebraretur. Erat
autem philippo imperatori miles quidam nomine
decius bellicis maxime industriis pluri-
mum et famosus. Tunc autem eisdem temporibus
gallia rebellante imperator autem decium
misit ut rebellantem galliam romano
imperio subiugaret. Missus decius
prospere cuncta gessit et ad libitum suum
victor romam rediit. Audiens imperator
eius adventum eum volens honori-
ficare veronam usque sibi
obviam venit. Sed quia malorum
mentes quo magis honorari se sen-
tiunt eo amplius in superbiam intu-
mescunt, decius in superbiam elatus im-
perium cepit ambire et de morte sui
domini pertractare. Cum igitur imperator in tentorio suo

in papilionem latenter intrans et
dormientem dominum in gula interemit. Exerci-
tum autem qui cum imperatore venerat precibus ac
precio muneribus ac promissis ad se attra-
xit et ad urbem regiam gradu concito
properavit. Audiens hec philippus iunior vehe-
menter extimuit et omnes thesauros patris sui
et suos beato sixto et sancto laurentio commendavit,
ut si ipsum a decio interfici contingeret ipsi eos ecclesiis et
pauperibus erogarent. Nec te moveat
quod thesauros laurentius dispensavit non dicti
imperatoris sed ecclesie, quia potuit esse quod
cum ipsis thesauris philippi imperatoris ali-
quid de thesauris ecclesie dispensaverit vel forte ideo dicti
thesauri ecclesie quia philippus eos reliquerat ecclesiis et
pauperibus dispensandos. Post hec philippus
aufugit et se a facie decii occultavit.
Senatus igitur obviam decio perrexit et
ipsum in imperio confirmavit. Ne videretur per proditionem
sed zelo idolatrie dominum suum occidisse,
cepit christianos crudelissime perse-
qui, precipiens illos sine ulla misericordia tru-
cidari. In hac persecutione multa milia
martyrum coronata sunt. Post hec decius in-
ter quos et philippus martyrio coronatur. Post
hec decius de thesauris domini sui inquisitionem
faciens oblatus est ei beatus sixtus, qui
christum coleret et imperatoris
thesauros haberet. Tunc decius ipsum in carcerem
recipi iussit donec per multa tormenta et
christum negaret et thesauros proderet. Beatus autem laurentius
ipsum sequens post eum clamabat: Quo
progrederis sine filio pater, quo sacerdos sancte
sine ministro properas? Sacrificium offerre con-
sueveras. Quid ergo in me displicuit paternitati tue?
Numquid degenerem me probasti? Experire cer-
te utrum idoneum ministrum elegeris
cui commisisti dominici sanguinis dispen-
sationem. Cui dixit beatus sixtus: Non ego
te desero fili nec derelinquo, sed maiora
tibi pro christi fide debentur certamina.

tu numquam sine ministro offerre

quia senes levitas pugne cursum
recipimus, te autem quia iuvenem manet
gloriosior de tyranno triumphus. Post
triduum me sequeris sacerdotem levita post
triduum. Dedit omnes thesauros precipiens ut
ecclesiis et pauperibus erogaret. Beatus igitur Laurentius
christianos die nocte querens ministravit et
unicuique prout opus habebat ministravit.
Venit et ad domum cuiusdam vidue que
multos christianos in domo sua absconderat.
Que longo dolore capitis detinebatur. Sanctus
autem Laurentius imponens manus eam a do-
lore capitis liberavit et pedes pauperum
lavans omnibus elemosinam dedit. Eadem nocte
in domo cuiusdam christiani veniens [illegible]
quendam cecum ibi repperit et facto signo
crucis eum illuminavit. Cum autem beatus Sixtus
Decio nollet consentire nec idolis immolare ipsum
ad decollandum duci precepit. Occurrens
beatus Laurentius post eum exclamabat: Noli
me pater derelinquere sancte, quia thesauros tuos iam
expendi quos tradidisti mihi. Tunc mi-
lites audientes thesauros Laurentium tenuerunt
et ipsum Parthemio tribuno tradiderunt.
Parthemius Decio eum presentavit. Cui Decius
Cesar ait: Ubi sunt thesauri ecclesie quos apud
te cognovimus esse absconditos? Cui cum
non responderet, tradidit eum Valeriano pre-
fecto ut thesauros proderet et sacrificaret
idolis aut diversis eum faceret interire
suppliciis. Valerianus autem eum cuidam
prefecto nomine Ypolito in custodiam
tradidit, qui eum cum multis ali-
is in carcerem reclusit. Erat in carcere
quidam gentilis nomine Lucillus qui
plorando lumen oculorum amiserat. Cum
cui beatus Laurentius lumen se restituere promitteret
si in Christum crederet et baptisma susciperet,
protinus ille se baptizari instanter postulavit.
Accipiens igitur Laurentius aquam dixit: In confessione
lavantur omnia. Cumque ipsum de
articulis fidei diligenter interrogasset

Et omnia se credere confessus fuisset,
aquam super caput eius effudit. Et ipsum
in Christi nomine baptizavit. Statimque qui fu-
erat cecus lumen recepit. Ceci ad eum
multi ceci veniebant et ab eo illumina-
ti videbant. Hoc videns Ypolitus dixit
ei: Ostende mihi thesauros. Cui Laurentius: O Ypolite,
si in dominum nostrum Ihesum Christum credideris, et
thesauros ostendo et vitam eternam promitto.
Cui Ypolitus: Si dictis facta compenses, fa-
ciam quod hortaris. Eadem hora Ypolitus
credidit et sanctum baptisma cum familia
sua recepit. Baptizatus autem dixit: Vi-
di animas innocentum letas gaudere.
Post hec mandavit Valerianus ad Ypoli-
tum ut Laurentium presentaret. Cui Laurentius:
Ambulemus ambo pariter, quia mihi et tibi gloria
preparatur. Ad tribunal ambo igitur veniunt et
sic iterum inquisito de thesauris Laurentius a
triduo inducias petiit, quas eidem
Valerianus sub Ypolito fideiussore con-
cessit. Infra autem triduum Laurentius pau-
peres claudos et cecos collegit et
eos in palatio Salustiano coram
Decio presentavit dicens: Isti sunt thesauri
eterni, qui numquam minuuntur sed cresc-
unt, in singulis dispersi sunt et in omnibus i-
nveniuntur. Horum enim manus thesauros in
celum deportaverunt. Valerianus autem presente
Decio dixit: Quid variaris per multa?
Iam nunc sacrifica et magicam artem
depone. Cui Laurentius: Quis debet adorari,
creator an creatura? Iratus
Decius iussit eum scorpionibus ce-
di et omnia genera tormentorum ante ipsum af-
ferri. Quem cum ad sacrificandum induceret nec
hic tormenta cederet, dixit: Infelix,
ego has epulas semper optavi. Cui
Decius: Si epule iste sunt, tui similes pro-
fer prophanos ut tecum pariter epulentur.
Cui Laurentius: Iam celi nomina sua dede-
runt, et eorum aspectibus non es dignus.

Tunc iubente Decio nudus fustibus ceditur et ardentes lamine ad latera apponuntur. Dixitque Laurentius: Domine Ihesu Christe deus de deo miserere mei servo tuo quia accusatus te non negavi, interrogatus te dominum confessus sum. Dixitque ei Decius: Scio quia per artem magicam tormenta deludis, me deludere non valebis. Testor deos deasque quia nisi sacrificaveris diversis suppliciis peribis. Tunc iussit eum plumbatis diutissime cedi. Laurentius autem oravit dicens: Domine Ihesu Christe accipe spiritum meum. Tunc audiente Decio vox de celo insonuit ad eum: Adhuc multa certamina. Tunc Decius furore repletus dixit: Viri Romani audistis demones istum sacrilegum consolantes qui nec deos colit nec tormenta metuit nec iratos principes expavescit. Iussitque iterum eum scorpionibus cedi. Subridens autem Laurentius gratias egit et pro astantibus exoravit. Eadem hora miles quidam nomine Romanus credidit et dixit Laurentio: Video ante te iuvenem stantem pulcherrimum cum linteo extergentem. Adiuro ergo te per deum vivum ne me derelinquas sed festina me baptizare. Dixitque Decius Valeriano prefecto: Ut video iam victi sumus per artem magicam. Iussitque eum de catasta solvi et in custodia Ypoliti recludi. Romanus vero afferens urceum cum aqua ad pedes Laurentii procidit et sacrum baptisma suscepit. Audiens hoc Decius eum fustibus cedi iussit. Qui cum clamaret libere se pro fide Christi mori, decollatus est. Eadem nocte Laurentius ad Decium adducitur. Cumque Ypolitus fleret et se christianum esse clamaret, noli, dixit ad eum Laurentius, immo in interiori homine absconde Christum et in me clamavero audi et veni. Omnia genera tormentorum parata

Decio assistunt. Dixitque Laurentius: Decius aut sacrificabis diis aut nocte ista in tormentis consummaberis. Cui Laurentius: Mea nox obscurum non habet sed omnia in luce clarescunt. Dixitque Decius: Afferatur lectus ferreus ut in eo requiescat Laurentius contumax. Iussitque eum exui et super craticulam ferream extendi et furcis ferreis comprimi. Dixitque Laurentius Valeriano: Disce miser quia carbones tui mihi refrigerium tibi autem eternum prestant supplicium quia dominus novit quod accusatus non negavi eum, assatus gratias ago. Dixitque hilari vultu ad Decium: Ecce miser assasti unam partem, gira aliam et manduca. Et gratias agens dixit: Gratias ago tibi domine quia sic ianuas tuas ingredi merui. Et sic spiritum emisit. Confusus Decius cum Valeriano abiit ad palatium Tiberii relicto corpore super ignem. Quod Ypolitus mane rapuit et cum Iustino presbytero in agro Verano cum aromatibus sepelivit. Christiani igitur ieiunantes triduo ieiunia, vigilias iugiter ducentes et lacrimas effundentes. Verum an Laurentius sub isto Decio imperatore sit passus multis aliquibus dubitatur, cum Victorinus sextus longe post Decium fuisse legatur. Eutropius tamen hoc ait dicens: Decius cum persecutionem movisset, inter ceteros beatissimum levitam et martyrem Laurentium extinxit. Inquadam tamen cronica satis certa reperitur quod non sub Decio imperatore qui ipsius successor fuit, sed sub Decio quodam minore qui cesar non imperator extitit martyrium passus est. Nam inter Decium imperatorem et hunc Decium minorem sub quo Laurentius passus fuit, sicut Eutropius testatur dicens, plures imperatores et summi pontifices intermedii extiterunt, et cum Decius imperator in gallis

Et Volusianus eius filius ipso superstite suc-
cessissent. Et post eos deinde Volusianus
cum Gallieno eius filio imperium tenuissent.
Sed isti Valerianus et Gallienus Decium minorem
Caesarem non tamen imperatorem fecerunt.
Secundum antiquum enim aliquando ab imperatoribus
fiebant Caesares non Augusti et impera-
tores sicut legitur in cronicis quod Dyocletianus
Maximianum fecit Caesarem et postmodum
in excellentiam Augusti creavit. Tempore autem
horum imperatorum scilicet Valeriani et Gallieni
Sixtus Romanam sedem tenebat. Licet igitur
Decius Caesar appellatus non imperator
esset, tamen beatum Laurentium martyrizavit. Beatum
vincentium in legenda beati Laurentii vocatur Decius
Caesar. Decius enim imperator duobus tantum an-
nis regnavit et beatum Fabianum papam mar-
tyrizari fecit. Fabiano successit Corne-
lius, qui sub Valeriano et Gallieno qui XV
annis imperaverunt martyrizatus est. Cor-
nelio successit Lucius, Lucio Stephanus, Ste-
phano Sixtus. Sixtus licet [illegible] illa
legitur et sicut verum est. Sixtus post [illegible]
potest esse [illegible] in quadam alia cronica
in qua post dictus Gallienus sine Decio [illegible]
dicitur est. [illegible] Gallienus et Decius et sub
illo passi sunt Laurentius et Sixtus circa annum Domini
CCLVII. Gotifredus quoque in libro suo qui
dicitur Pantheon id asserit quod scilicet Gallienus
dictus est alio nomine Decius et quod sub eo pas-
si sunt Sixtus et Laurentius. Et si sit verum quod
Sixtus post [illegible] potest esse. Refert Gregorius
in libro dyalogorum quod in Sabinensi [illegible]
[illegible] sanctimonialis [illegible] continentiam
cum linguae tamen lasciviam non
declinavit. Sepulta ergo in ecclesia sancti Laurentii
sanctis sepulchris ante altare in tres partes a de-
monibus secta est. Una pars illaesa permansit,
altera concremata est, ita ut mane invisibili-
ter apparet. Gregorius. Quidam tamen ait quod
cum quidam sacerdos quandam ecclesiam
sancti Laurentii repararet et trabes quaedam nimis

brevis esset, rogavit sanctum Laurentium ut
qui pauperes foverat sue operi sub-
veniret. Qui subito sic extendi ut post
non modicum habundaret quod pro re mi-
rabili sacerdos vidit et infirmitates
multas sanavit. Idem testa-
tur Fortunatus fuisse apud Bonas
castrum Italie. Quidam domnus Dolore
dentium premeretur illo lingno tangitur
et protinus dolor fugatur. Quidam
sacerdos nomine Sanctulus ut refert Gregorius
in dyalogo ecclesiam sancti Laurentii a Lon-
gobardis incensam reparare volens
artifices multos conduxit quadam
die unde daret eis apponere non haberet
premissa oratione in clibano respexit
et ibi candidissimum panem invenit
sed cum vix ad unius prandium esset tribus
per somnium sufficere videretur. Laurentius artifices
suos nolens sic nutrire per decem dies
panis multiplicavit, quia
sufficiebat ex dierum operariis cunctis sufficiebat. In ecclesia sancti Laurentii apud Medi-
olanum calix quidam cristallinus mire
pulchritudinis habebatur, quem cum in quadam
sollempnitate ad altare adferret dia-
conus, elapsus e manibus ejus in terram
cecidit et totus comminutus fuit. Ac dia-
conus tristis fragmenta colligens et super
altare ponens beatum Laurentium exoravit,
et statim calicem integrum et soli-
dum recepit. Item quoddam in libro
de miraculis legitur, imperator Henricus quidam
nomine Stephanus Rome erat qui mu-
nera libenter accipiens iudicium in-
iuste pervertebat. Hic tres domos
ecclesie sancti Laurentii et unum ortum sancte Agne-
tis violenter abstulit et ablatum
iniuste possedit. Accidit autem ut moreretur
et cum coram Deo adductus esset, sanctus Laurentius
veniens ad eum cum nimia indignatione
accessit et tribus in vicibus brachium
eius durissime strinxit et dolore nimio
cruciavit.

Eius sancti uo agnes cum aliis uirgi
bz in eum irruerunt nolumus. Et fenestre
suam ab eo auerti. Tunc uidens steph
anum similiter seuus dixit quia alienam
terram acquirens uiuentem uendidit
in loco inde peruenit tradi. Sed stephanus iop
iectus quia idem steph. in terra ualde
dilexit ad b. laur. et sanctam agnetem
accedens per eo uenia patenter. Ille uero
ex beate uirginis orationibus eo concessum
est ut eius anima ad corpus rediret. et
idem xxx diebus penitentiam agens accepit
et insuper beate uirgine mandauit
ut ps. b. in mactata singulis diebus di
te sue dicerent. Cum ad corpus rediret
brachium ut eius erat sunt d' adiu-
ac sibi morte prius esset. quod signi
meo excidit cum diu in xxix male g
ablatum remanens et penitentiam agens x
xxx migrauit ad dominum. Legitur in uita
sancti henrici imperatoris quod dum ipse et ca
negundis uxor eius uirgines simul
permanerent. dyabolo instigante de sancta
uirgine suspectum habens . et cande
tes uomeres xv. per nudis pedibus
eam incedere fecit. quod ascendente di
xit domine ab henrico et omnibus aliis intac
tam me nouisti. Et sponte ad iuuan
henricus rubore ductus eam in ma
xilla percussit. Cui uox dixit. uirgo uirgo
te uirgine liberabit. totamque candentem
massam illa illesa transiuit. Post hoc
cesar. abiit et nil timidus natura de
monii ancellam eandemque ut co
sulat cum capta semetipsa interrogauit
ultimum cum non esset. Et illa legio de
monii sunt et cum ad mortem incessunt
transiuit sicutque ad ipsum ineo lepne
possimus adiuuit amor ut ad se
redirent. cum rediens dixit. michi proficit.
Quia d' falsa uxore suspicio talia b
iniusta fuisset in statera appendi. adu
sius ille laurentius ollam auream
immensi ponderis attulit. et d'

attulit. et diu ipsa suspensus in de laur
illa iacturam ps inate perimi pondamen.
Tunc ego iratus unam aurem olle fre
gi. olla calicem uocatur quem dux cesar
eam eiusdem in honorem sancti laur. fecit.
Cum ipse magnitudinem deferre antes
iemme. Preptiumque est eo impetratorem
nunc obiisse et una calicis aurem fra
ctam esse ex s. greg. registro quod dy p de
cessor. Simus quendam ad corpus sancti laur. me
liorem aperire et non iam corpus nescierit.
Ubito corpus eius igitur aperte omnes d
presbiteres etiam cum monachi quod mansio
nari. qui corpus eius uiderunt. ix dies
mortui sunt. Et nota quod passio sancti laur
entii certis inter ceterorum passiones
excellentissima esse. in iiii sic.
ex dictis maximi episcopi et b. augustini intelligitur.
Primo in passione sua acerbitate. Se
cundo in sua utilitate. Tertio in consta
ntia sua fortitudine et certo in mirabili
pugna et modo uictoriosa. Primo quo
sunt excellentissima in pene acerbi-
tate cum pene acerbitatis. Sic dixit maximus
episcopus. uel secundum quosdam libros ambro
sius. non enim fides b. laur. breuis uel simpli
ci passione punitur. Nam cum gladio
percutitur. semel moritur. qui in flammarum
carbono mergitur uno ictu liberatur.
hic autem longa et multiplici pena cruciatur
atque ut mors eius desit ad supplicium
et desit ad finem legimus quos priorum
penarum suarum ambulasse flammas et
igneos globos pedibus calcasse.
tu ex b. laur. non minore gloria resplen
dens. Si quod illi in penarum suarum flam
mis deambulauerunt. hic in ipso suppli
cio suo igne discumbit. Illi et uesti
giis pedum conculcauerunt incendia.
iste lateri suorum diffusione restin
git. Illi stantes in pena eleuatis ma
nibus ad dominum orauerunt. iste prostratus

in sua pena toto tempore durante perstitit. Se-
cundo quia beatus laurentius post beatum stephanum inter ceteros
martyres primatum tenere dicitur non quia ma-
iorem penam sustinuerit quam ceteri mar-
tyres cum multi tantam penam et aliqui
maiorem sustinuisse legantur sed ratione
ipsius sex. Primo propter passionis locum quia ro-
me que est caput mundi et ibi est sedes
apostolorum passus est. Secundo propter predicationis officium
officium predicationis diligenter adimplevit.
Tertio propter laudabilem distributionem
thesaurorum quos omnes pauperibus sapienter
distribuit. Has tres rationes ponit
magister Guillelmus altissiodorensis. Quarto
propter autenticum et approbatum eius mar-
tyrium. Quia et si aliquibus maiora tor-
menta legantur tamen his autenticum non habetur et
aliquid dubium vertitur. Huius autem passio
enim est valde sollempnis et approba-
ta et multi sancti in suis sermonibus eius
passionem approbant et confirmant. Quinto
propter dignitatis gradum quia fuit archidiaconus
sedis apostolice post quem non invenitur romane [illegible]
de archidiaconus non surrexit. Sexto propter se-
vitiam tormentorum quia gravissima sup-
plicia pertulit non potest autem super cratem
ferream assatus. Unde sic dicit beatus
Augustinus: lacertos artus et multa verba
sectione compassos subiecto [illegible] igne
torreri ut per cratem ferream cum iam
de fervore [illegible] [illegible]
[illegible] alternum mutantem membrorum
[illegible] vehementiori et penaciori
[illegible]. Septimo propter excellentissima me-
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] augustinus et [illegible]. Fecit eum glorificatione
sublimem opinione et fama celebrem
devotione laudabilem et imitatione
insignem. Primo glorificatione
sublime unde augustinus dicit: [illegible] perse-
cutor in martyrem consensit [illegible]
palmam et aggregans penas [illegible]

Non ad minoris gloriam ingentium
tanti repperit qui in honorem consensit
triumphi et minimi supplicii magnus
vel secundum quosdam libros ambi [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]
[illegible] fortitudo non solvitur cum corporis
detrimentum sustinet. Sed lumini sa-
lutis accessit. Item augustinus: De beato corpore
quia non alicui christi coronatum i[illegible]
sed ad re[illegible] [illegible] et sanctum religiones
corona [illegible] [illegible]. Secundo opinione et fa-
ma celebrem [illegible] [illegible] secundum
quosdam libros [illegible] beatum mar-
tyrem laurentium [illegible] non [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] passi-
onibus per totum orbem [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] per totum mundum [illegible] [illegible]
rem sue nobilitatis effudit. Item
[illegible] [illegible] [illegible] ut natale sancti laurentii
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
quorum dici in toto orbe christi coruscav-
erit. Item [illegible] [illegible] martyrum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] passione sua
mundum illuminavit [illegible]. Tertio
devotione laudabilem [illegible] [illegible] lau-
dandus et cum devotione suscipien-
dus ostendit augustinus [illegible] [illegible] sic
dicens: beatum [illegible] laurentium tota devotione
devotione suscipere [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] si
ei [illegible] apud dominum [illegible]
non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
debeat esse [illegible] fides de [illegible]
[illegible] [illegible] martyres [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ut coronam martyrum [illegible]
[illegible] invenire. Quarto fecit eum
imitatione insignem. Unde augustinus [illegible]

compassionis pro qua morti est ad
dictus. vii. scilicet ut sint similes
cereos ardentes. Quibus autem se nobis
mirabilem exhibuit. Primo in
ad visorum fori professione. Vnde
aug(ustinus) ad erudiendum discipulos illorum
validior est forma quam uerbum.
eloquentia similiter ad exorandum for
tior etiam ad suadendum ualidiora
sunt tamen exempla quam uerba et
plus est opere docere quam uo
ce. Secundo excellentissimo gene
re tormenti vbi beatus laurentius qui
gloria polleat dignitate et perse
cutores ipsius sequi potuimus
quam illa mirabilis fortitudo animi
non solum non cedere sed et alios ex
sine tollerantia tolerare. Sed fidei
magnitudine et feruore maxi(mus)
ut fertur quidam libros ambrosii de fide
sua plenioris flammas uincit
ostendit nobis pignora fidei iehenne
incendia superare et amore Christi diem
iudicii non timere. Tertio in amore
ardenti sed fortiter ambrosii illustramur
mundi et plene laurentius eo lumine quo
ipse succensus est et flammas quas
ipse pertulit omnium christianorum corda
calefacit de hiis tribus sic dicit
maximus ut fertur ambrosii quosdam libros
beati laurentii exemplo prouocatur admirationem
nos accendunt ad fidem calefa
ciunt ad deuotionem. Quarto sine
excellentissima mortis. Sed for
titudine sic dicit augustinus beatus laurentius
mansit in Christo usque ad depositionem
usque ad tyrannicam interrogationem
usque ad acerrimam comminationem
usque ad peremptionem et in longa
morte quam viui manducauit
et vbi bibat totumque illa esca saginatus
et illo calice ebrius tormentum sentire

non sensit. et in regno successit ad
ad sinum gloriosus et firmus qui non so
lum in tormentis non succubuit sed
in ipsis tormentis ut hic exultans post
bi maxima (?) perfectum in timore
fuerit et tranquillior mandere (?)
Primo sic dicit extendere flammam
ignitos globos. Et septius usque
...sed que plus penam prouo
catum in amplius Christum dominum pertimer
et quantum ad hoc sic ait maximus
ut fertur quosdam libros ambrosii gemini
sed mappis eum concitat accendere laurentium
cum pati in flamma. Item nouo ad
admirationis genere aliis illi torqueret et
alii sementes tormenta prouocant
deuotorum laurentius saluatori supplica
atrocior fecimus quantum ad tertium
sic dicit tot eius tantum in fide Christi
magnanimitate in clamare ... de
fectus prorsus corporis cruciatibus in suaui
ssimo tortori suo triumphans eius
ignibus letus illudit. Quarto sine
incomparabili excellentissima mirabili pugna
et modo victoris beatus nauit laurentius sic
exitibus maximi et angelis manifeste col
ligunt. quamque ignes exteriores quod
nisi huius quos in os fortius sanct
terminans primus sine quarto iehenne
Iste maculat flamme. Secundus animal'
concupiscentie. Quartus ardentis auaritie
Quintus furentis in sanie de exti
ctione pignoris sic dicit maximus nunquam
cedere fomito momentanee corporis
vitioni fides et cum iehenne exti
guebat ardore. Item primo igne tiisio
monitiuum atque terreni. Et fla
mma iehenne penitus extinctus e
naslic de extinctione. Sed sic maciat
flamme. Sic ait maximus ut ambrosii
ut fertur quosdam libros ambrosii in
cendio laborabat. Et dum audit

materialem restrinxit ardorem sic
quamuis rex repletis ligna subicit ince(n)-
dia maiora supponit tamen scs laur(encius)
has flammas fidei calore non sentit.
Item aug(ustinus) super ioh(annem) caritas est flamma
non potuit et sermo fuit ignis qui
foris ustio(n)em ... aduertit de
extinctione triplicis ignis. s(cilicet) carnal(is) con-
cupie. Sic dic(it) maximus. Ecce b(eatus) laur(encius)
transiit per ignem et non aduritur in
homine. Sed illuminatus effusio carne
ne ardeat et ne uiuere extinctus est. De
extinctione secundi ignis. s(cilicet) auaricie
mal(itie) uidel(icet) auaricia eorum qui thesaur(um)
cupiebant extinguit et frustracta est
sic dic(it) aug(ustinus). Sed uana face homo pe-
cunie cupidus est uitatis ... auari-
cia ne cupiat aurum ipie ... auf-
ert xpm. sicut opinies michi per sias
humanas ... ministrans-
tus in morte et laur(encius) mecum abeun-
te cum sicias flammis tuus ...
... ne aurum ignit. s(cilicet) furentis insanie
qualis uidel(icet) insania persecutorum
furiosa est et ad uindictam. Sic dic(it) maxi(mus).
feruens flammarum nitens omnem uindicte
insanie restrinxit accendit et ad huius
... presens incendio ut et ... fide-
lis ad celum suum gloriosus ascendit
et crudelitas persequentium consumitur ig-
nibus consumpta. quod enim persecutorum
insania ignis fuit et ardor animi fu-
ror genuit accensus ... pro
igniti non indiguit tormentis flammas
ignibus ... Iter ... sibi hos
duos ignes exteriores sustinet quin ut
ex illis predicti ... hic. Tria refrigeria
... habuit et tres ignes interiores
portauit per quos omnem ignem exte-
riorem refrigerauit et ... maioris
ardoris incendio superauit. Primum
refrigerium fuit desiderium celestis glorie

Erat mediatio legis diuine. Tercium
fuit purissima consciencia ... per ... refrigerium
omnem ignem exteriorem extinctum
fecit et frigidum reddidit. De
primo refrigerio quod est desiderium
celestis glorie sic maximus. Illa atque ille
... libros. Sed nec b(eatus) laur(encius)
ignium tormenta uisceribus sentire po-
terat cum sensibus paradisi refrigerium
possidebat. Item iacet licet ante pedes
tyranni exusta caro tamen corpus ex anima
eius michi ... terrenis
... cum animus demoratur in celis.
De secundo refrigerio quod est meditatio
legis diuine sic dic(it) maximus. Illa atque ille
dum xpi cogitat precepta frigidum
est illud quod patitur. De tercio refrigerio
quod est purissima consciencia sic dic(it) ...
p(re)stat toris ... inter ... et ...
sed regni celi ... refrigerio
conscientie uictor existat. Iuxta ...
ut id maximus dicit. tres ignes
interiores per quos omnes ignes ex-
teriores maiori incendio superauit.
Primus fuit magnitudo fidei. Secundus
ardens dilectio. Tercius uera dei cogni-
tio que ipsum tanquam ignis reddi-
dit. De primo igne sic dic(it) idem
maximus. Licet ambustus ... in illo fidei
ardor feruens tamen supplicii
flamma frigescit. Item ... sal-
uator ignem feruore fidei legimus
... hodierno ignem interius
... Bis ... igne b(eatus) laur(encius)
accensus flammarum non sentit
incendium. De secundo igne sic ait
idem ... ardebat extrinsecus
... laur(encius) ... sentiens
incendium. Sed maior illum ex-
trinsecus amoris flamma ...
... De tercio igne sic dic(it) id(em)
... ambustus fortissimum ... ...

Scd(us)

item

[...]ensissima flamma persecutoris extrinsece
non potuit quia longe ardentius intra
eius medullas ignis eius accensa fervebat
ste odio perdite et amore in mentis ac
census estuavit extinxit. Fla
mma enim non sensit. Augustinus verbis
et laurentius martyres clarificata
quinta ad ostensionem. Primum est in vigili
solus enim inter martyres habet vigiliam
sed vigilie sanctorum propter multas inordina
tiones hodie in ieiunia commutate sunt
sicut enim dicit Johannes Beleth veterum
consuetudo erat quod sanctorum homines cum uxori
bus et filiabus ad ecclesiam venirent
et ibi cum luminaribus pernoctarent. Sed quia mul
ta ad ulteria illis vigiliis fiebant
statutum fuit ut vigilie in ieiunia
commutarentur. Remanet tamen antiquum nomen
ut non ieiunia sed vigilie ad hoc appel
lantur. Secundo in eius octava. Ipse namque solus
cum sancto Stephano habet octavam inter mar
tyres sicut Martinus inter confessores. Tertio
est in ingressionibus antiphonarum. Nam solus ipse
et Paulus habent, sed Paulus propter excellentiam
predicationis, iste propter excellentiam passi
onis.

De ethimologia nominis

Ypolitus dicitur ab yper quod est super et litos quod
est lapis, quasi super lapidem, vel ab yper
et polis quod est civitas, vel a pol
quod est valde et litos. Fuit enim super lapi
dem scilicet Christum fundatus per constantiam et
firmitatem. Fuit in superna civitate presi
dium et mansionem. Fuit enim valde poli
tus per multorum acerbitatem.

De sancto Ypolito

Ypolitus postquam corpus sancti Laurentii
sepelivit venit in domum suam et
dans pacem servis et ancillis suis omnes sa
cramento altaris quod Iustinus presbiter op
tulerat communicavit. Posita autem mensa
antequam cibum sumeret venientes milites eum rapu
erunt et ad Cesarem duxerunt. Quem
videns Decius Cesar subridens dixit ei: Numquid
et tu magus effectus es, quia corpus Laurentii
abstulisti? Cui Ypolitus: Hoc feci non quia ma
gus sed quia christianus. Tunc Decius furore
repletus precepit ut habitum quo christianus
videbatur expoliarent et os eius lapidi
bus tunderent. Cui Ypolitus: Non me expoliasti
sed magis vestisti. Cui Decius: Quomodo insipiens
effectus es quia nuditatem tuam non erubescis?
Sed sacrifica et vives ne cum tuo Laurentio
pereas. Cui Ypolitus: Utinam merear sancti Laurentii
fieri exemplo quem ore polluto ausus es nominare.
Tunc Decius fecit eum fustibus et pectini
bus laniari. Ille autem se christianum esse voce clara
magnificabat. Et cum tormenta eius de
rideret, induit eum vestimentum militare quod ante utebatur
eum ut memor fieret hortatus est eum amici
ciam pristinam repetere. Cui Ypolitus dixit
Miles Christi sum. Decius autem iratus
Valeriano prefecto eum tradidit ut omnes
facultates eius acciperet et diris tormentis
eum interficeret. Inveniens quoque quod eius fa
milia tota christiana esset. Adducti sunt omnes ante
eius conspectum. Quos cum ad sacrificandum cogeret,
Concordia nutrix Ypoliti pro omnibus ait: Nos
cum domino nostro malumus mori quam impudi
ce vivere. Cui Valerianus: Genus servorum non nisi
cum suppliciis emendatur. Tunc presente Ypo
lito et gaudente iussit eam cum plumbatis
cedi quousque spiritum emisit. Dixit
quoque Ypolitus: Gratias ago tibi domine quia nu
tricem meam in conspectu servorum tuorum
sanctorum premisisti. Deinde extra portam Tyburtinam Valerianus
Ypolitum cum familia sua duci fecit.
Ypolitus autem omnes confortans dixit: Fratres no
lite metuere quia ego et vos unum deum
habemus. Iussit quoque Valerianus in eius conspectu
Ypoliti quoque omnibus capita amputari.
Ypolitum vero pedes ad colla indomitorum
equorum fecit ligari et per cardos
et tribulos trahi donec spiritum ex
alaret. Anno domini .cc.lvi. Corpus autem eius
presbiter rapuit et iuxta sancti Laurentii sepelivit.

Corpus uero sancte concordie in eius nutricis
que fuit in cloacam proiectum. Miles autem
quidam nomine porphirius credens eam
concordiam aurum uel gemmas in uestimentis
habere ad quendam cloacarium nomine hyreneum
qui erat christianus occulte accessit et
dixit: secretum michi custodi et extrahe corpus con-
cordie de cloaca quia spero quod aurum aut gemmas
in uestibus suis habet. Cum ille omnino illud
et secretum habet et quod [illegible] in uestimentis [illegible]
[illegible] exitum [illegible] mi-
les ille protinus fugit et hyreneus
uocato quodam christiano nomine habundio corpus
ad sanctum iustinum detulit. Qui ille susci-
piens deuote cum corporibus sancti ypoliti et
aliorum sepeliuit. Quod ualerianus audiens
hyreneum et habundium tenuit et ambos in
cloacam uiuos mersit quorum corpora in-
sanctus rapuit et cum aliis sepeliuit. Post
hec decius cum ualeriano in curru aureo
ascendentes ad amphiteatrum pergunt
ut christianos interficerent. Decius autem
a demonio arreptus clamabat: o ypolite catenis
asperis me ligatum ducis. Ualerianus
autem clamabat: o laurenti igneis ca-
thenis me ligatum trahis. Et eadem hora
ualerianus expirauit. Decius autem domum re-
uersus triduo a demone uexatus clama-
bat: adiuro te laurenti modicum cessa a
tormentis. Et sic mortuus est. Quod uxor
eius triphonia uidens relictis diuitiis
omnibus ad sanctum iustinum cum filia sua cyril-
la accessit et ab eo cum multis aliis bap-
tizari fecit. Alia uero die dum triphonia
oraret spiritum emisit cuius corpus iustinus
presbiter cum corpore sancti ypoliti sepeliuit.
Audientes autem xlvii milites quod regina
cum filia christiana esset facti sunt christiani cum
uxoribus suis ad iustinum presbiterum et baptisma
susceperunt ab eo. Omnis sanctus dionisius qui sancto syxto
successerat baptizauit. Claudius autem impe-
rator cyrillam cum sacrificare nollet iugu-
lari fecit. Hos etiam supradictos milites decol-
lari iussit quorum corpora cum magistro verano consciis
sepeliuntur. Et ad notandum est quod expisse hoc
hic quod illi decio qui laurentium et ypolitum
martirizauit successit claudius et illi
successit [illegible] romanus uolusianus
uolusiano gallienus gallieno claudius.
Oz quod dicit non ubi quando gallienus suc-
cessit decius et ualerianus sicut dicit uincentius
in cronica sua ut gesta illius sui auc-
toris qui gallienus in sui adiutorium quendam nomine
decium cum titulo cesaris non tamen imperatorem
constituit. Unde sic dicitur in cronica sua. De hiis mar-
tiribus sic dicit ambrosius in prefatione. Beatus martir
ypolitus christum uindicem considerans mi-
les eius esse noluit quam dux militum
complanctus. Beatus quidem laurentius tunc custos
incarceratus non persequitur eum. Sed ipse se-
quitur. Qui cum thesauros ecclesie distribuit interea
inuenit thesaurum quem nullus tyrannus eripere
possit. Quem pretiosis possidens inuenit christum
ubi uero dicat et refrigerium spiritus sanctorum
tyranni nec cum regius preteritum gradus
pluribus uitiis diuitiis non refugio ue-
neribus diuellere ecclesie [illegible]
quondam contigit tempore. Sicut in festo sancte
marie magdalene plaustrum iunctis et bobus
sequentes ipse maledicens irrigatio pro-
bouibus tamquam assidue assumuntur
et ipse sentiens quem humiliter premitis filios sup-
plices. Quantum tunc flammam igneus [in margin: eni]
arripuit eas quod carnibus et neruis
sibi et multis consumptis ossa patebant
ex ipsa crura ad tibia asina pingere
et ut soluit. Tunc ille ad quandam
ecclesiam beate uirginis accedens tibia ipsius
in quodam foramine ipsius ecclesie ab-
scondit et beatam uirginem precibus et lacrimis
pro sua liberatione rogabat. Ecce et nocte
te quidam beata uirgo cum sancto ypolito et
visione assistunt et eidem ypolito ut
pristine sanitati plene restituerit precepit.

[Margin notes: claudius; decio imperatori immo decio successit sed; miles; eni]

Scariam qz sciens prolixius tibi[illegible]
torrentis accipies loco suo qui saca-
lum carbonum in momento in frustum inq[ue] in-
cisione tantos dolores sentio
ut suis clamoribus totam familiam
excitaret. Illi vero surgentes et lumen
accendentes repererunt duo carnis et duas
albas lapides conspiciunt se de ludi pu-
tantes ipsum iterum et iterum contrectabant
et membra lapidis conspiciebant. Quod cum
eum extitantes vidi hic audiret
lassatum ex illis eos. Inde ex animis
tamen inclusis tam iudicio et supplicio
Sed cum nova coram molliori quam nemo
ipsam ad sustinendum corporis non poterat
exequiari vel ad publicandum immi-
nenti periculo clamarunt et iterum
Tunc beata virgo eius assurgens et sancto spiritu pro-
dixit. Non quicquam circa eum deest sup-
pellex. Angelorum igitur et hec presentes sa-
natum videns clusorum mirorum.
Cum dominus misere inde inferis frequ-
entissime appetebat et mirari se ei ingerens
quod ille quod illa fortius resistebat.
Cumque ad illa plurimi nexerat
Tandem se stolam sacerdotalem acci-
piens collum eius constrinxit et mox dolor
abstendente cadens putrida facta
remansit. Tantus ex fetor tunc ex-
alabat ut nullus qui hunc induit am-
bigebat qui corpus aliquamdiu tenuerunt
fuissent quod dominus assumpsisset. De

assumptione beate virginis Marie.

Assumptio beate Marie
virginis qualiter
confecta sit ex
quodam libello apocrypho qui Iohanni evan-
gelistae ascribitur. Cum enim apostoli praedi-
cationis gratia diversas mundi circuirent
regiones virgo beata in domo iuxta
montem Syon remansisse dicitur.
Omniaque loca filii sui scilicet locum baptismi
ieiunii passionis et ascensionis

sepulture resurrectionis et ascensionis
quoad vixit devotione sedula visitabat. Et sicut
ait Epiphanius XXIIII annis post
ascensionem filii sui supervixit. Refert
igitur quod beata virgo cum ipsum concepit erat
annorum XIIII et in XV ipsum peperit
et mansit cum eo annis XXXIII et post
mortem Christi supervixit annis XXIIII. Secundum
hoc quando obiit LXXII erat annorum. Quod autem proba-
bilius videtur quod alibi legitur XII annis
filio supervixit et sic LX annorum assumpta fuit
cum apostolis tot annis praedicaverint in Iudaea
et partibus illis sicut ecclesiastica tradit
historia. Die igitur quadam dum in filii desi-
derium totum cor virginis vehementer accen-
deretur aestuans animus commovetur et ingentem
lacrimarum habundantiam excitavit. Et cum
ad Christum absentia filii aequanimiter non ferret
nec humanitatis solacia angelus cum multo lumine
eius astitit et reverenter ut dominam
suam matrem salutavit dicens: Ave bene-
dicta Maria suscipiens benedictionem illius qui mandavit
salutem Iacob. Ecce enim ramum
palmae de paradiso ad te domina attuli
quem ante feretrum portari iubebis. Tertia
die enim de corpore assumeris. Nam filius
tuus te matrem reverendam expectat.
Cui Maria respondit: Si inveni gratiam in oculis
tuis obsecro ut nomen tuum mihi revela-
re digneris. Sed hoc peto instantius ut
filii et fratres mei apostoli ad me pariter con-
gregentur ut eos antequam moriar corpora-
libus oculis videam et ab eis sepeli-
ri valeam et ipsis praesentibus spiritum deo
reddam. Illud etiam peto et obsecro ut
anima mea de corpore exiens nullum spiritum
teterrimum videat nulla mihi Sathanae potestas
occurrat. Cui angelus: Cur domina
desideras scire nomen meum quod est admi-
rabile et magnum. Ecce enim omnes hodie
congregabuntur apostoli qui tibi nobiles ex-
hibebunt funeris exequias et meorum

consecutus spiritum exalabit. Nam a quo li
propheta[m] de iudea in babilonem per crines
actulit. Mihi procul dubio ad te apo-
stolos adducere poterit in momento. Ma-
lignos spiritus metuere cur metuis conspe-
ctum eius omnes insultantes ipsum sine
ipso poterit sibi tu nobilissima
ne ipsos non uideas. Hec dicens angelus
cum multo lumine celos ascendit. Palma
autem illa nimia claritate splendebat
et uirge uiridi [illegible] consimilis,
folia illius ut stella matutina ful-
gebant. Cum ergo Iohannes in
epheso predicaret, celum repente in-
tonuit et nubes candida ipsum suscepit
et rapuit cum ianuam Marie colloca-
uit. Pulsans igitur hostium intrauit in-
tro et uidens uirgo uirginem salutat. Quem
felix Maria conspiciens uehementer obstu-
puit et pre gaudio lacrimas continere
non potuit. Dixitque: Fili Iohannes memor
esto illorum magistri tui quibus me tibi
commendauit et te michi in filium commendauit. Ecce
ad dominum quoniam debitum humane condicionis
exsoluo et corpus meum tibi cum sollicitudine
recommendo. Audiui namque iudeos inisse consi-
lium dicentes: Expectemus uiri fratres quo
usque illa que ihesum portauit obeat
mortem et corpus eius continuo rapientes in ac-
censum ignibus comburemus. Tu ergo hanc
palmam deferri facies cum feretrum cor-
poris mei duxeritis ad sepulchrum. Dixitque
Iohannes: O utinam hic essent omnes apostoli
fratres mei ut decenter tibi funus exe-
quias ac exsoluere laudes digne.
Hic ipso dicente omnes apostoli de locis in quibus
predicabant in nubibus rapiuntur et
ante Marie hostium collocantur. Qui uiden-
tes se ibi simul congregatos
mirabantur dicentes: Que uel quia causa est quod
quod nos hic dominus insimul congregauit. Io-
hannes ad eos exiuit et dominam decessuram
percessurum predixit. Et addidit di-
cens: Uidete fratres ne cum obierit
aliquis eam defleat ne hoc uidentes
populus conturbetur et dicat: Ecce isti qui
timent mortem quomodo aliis predicant
resurrectionem. Dionysius autem Pauli apostoli discipulus
in libro de diuinis nominibus hoc idem asserit
apostolos scilicet ad dormitionem uirginis conuenisse
et se simul inuicem affuisse ac unumquemque
in laudem Christi et uirginis sermonem fecisse
sed ait. Sic loquens ad Thimotheum
nos ut nosti et ipse et multi sanctorum
nostrorum fratrum conuenimus ad uisionem uite
principalis et qui deum suscepit ad
erat autem frater dei Iacobus et Petrus et
summa et precellentissima summitas
theologorum. Postea uisum est uniuersis
summitatibus laudare ut unusquisque
erat susceptiones infinite uirtualis boni-
tatem et theamam [illegible] sanctissimus hec Dionysius.
Cum autem beata Maria omnes apostolos congre-
gatos uidisset, dominum benedixit et in
medio eorum ardentibus lampadibus
et lucernis consedit. Circa uero ho-
ram noctis tertiam ihesus aduenit
ad sanctam cum angelorum ordinibus, patri-
archarum cetibus, martyrum agminibus,
confessorum acie, uirginumque choris. Tandem
chori sunt uirginis ante ordinantur et
dulcia cantica frequentantur. Qualis
autem exequie sunt celebrate ex partis
dictis colligitur qui ibi alibi edocetur.
Nam prior ihesus inchoauit et
dixit: Ueni electa mea et ponam
te in thronum meum quia concupiui speciem
tuam. Et illa: Paratum cor meum deus
paratum cor meum. Tunc omnes qui cum
ihesu uenerant dulciter intonant
dicentes: Hec est que nesciuit thorum
in delictis habebit fructum in refectione
animarum sanctarum. Ipsa autem de se ipsa cecinit
dicens: Beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est et
sanctum nomen eius. Tunc cantor cantorum
omnibus inchoavit excellentius. Veni
de libano sponsa. veni de libano coronaberis.
Et illa. Ecce venio quia in capite
libri scriptum est de me ut facerem volun-
tatem tuam deus. quia exultavit spiritus meus in
deo. salutari meo. Sic quoque Marie anima de corpore
egreditur. et in ulnas filii. advolavit.
Fuit enim tam a dolore carnis extranea

carnis

quam a corruptione exstitit aliena. Dixitque
apostolis dominus. Corpus virginis matris in valle
Josaphat deferte et in monumento
novo quod ibi invenietis recondite. Illa
tamen circumdata est eam flores rosarum.
rosei scilicet cetus martyrum. et lilia convallium
agmina angelorum confessorum et virgi-
num. Proclamant apostoli dicentes.

et me ibi triduo donec ad vos redeam expectate

Virgo prudentissima quo progrederis. esto
nostri memor o domina. Tunc ad concentum
ascendentium cetus qui remanserant ad-
mirati occurrerunt obviam. perspicientes videntes
quia regem suum femine animam baiulantem
ipsamque innixam super illum in tam
stupefacti clamare ceperunt dicentes. Que est
ista que ascendit de deserto deliciis afflu-
ens innixa super dilectum suum. quibus comi-
tantes dixerunt. Ista est speciosa inter filias
Jerusalem sicut vidistis eam plenam caritate
et dilectione. Sic quoque in celum gaudens

super

suscipitur. et a dextris filii in throno
glorie collocatur. Apostoli autem viderunt eius
animam tanti esse candoris ut nulla mor-
talium lingua effari. Tres autem virgines
que ibi aderant. Cum corpus eius lavandi
gratia expoliassent. Tanta statim corpus
eius claritate splenduit ut tangi quidem
ad lavandum possit. videri autem non possit.
Tandem autem lux illa eidem resplenduit
donec corpus a virginibus lotum fuit. apostoli
autem corpus eius reverenter ceperunt et super
feretrum posuerunt. Dixitque Johannes Petro.

Hanc palmam ante feretrum Petre porta
quia dominus nos tibi prefecit et suarum ovium
pastorem et principem ordinavit. Cui Petrus.
Hanc tu potius decet portare. quia virgo
a domino electus es. et dignum est ut palmam
virginis virgo ferat. Tu super pectus domini re-
cumbere meruisti. et exinde plus ceteris sapientie et gratie
eius fluenta potasti. et ut cui virgo a quo
a filio recepisti plus muneris impendas
virgini plus honoris tribuas. Debes ergo
hanc palmam lucis ad exequias sanctitatis
qui potatus es poculo lucis de fonte pe-
rennis claritatis. Ego autem cum corpore cum
feretro sancto corpus portabo. ceteri autem apostoli fratres nostri circum-
fuerunt laudes deo referentes. Paulus autem dixit ei. Et ego
minimus omnium vestrum tecum portabo. Ele-
vantes igitur feretrum Petrus et Paulus. Petrus incepit
cantare et dicere. Exiit Israel de Egypto
alleluia. ceteri autem apostoli cantum dulciter prosequuntur.
Dominus autem feretrum et apostolos nube protexit
ita quod ipsi videri non possent. affuerunt et angeli
cum apostolis concinentes et totam terram mirabili
mire suavitatis replentes cantu.
Omnes ad tam dulcem melodiam et concentum
velociter exeunt. Et quid hoc sit di-
ligentius scrutantur. Tunc exstitit qui diceret.
Mariam illam discipuli eius Jhesu efferunt
mortuam. Et circa illam hanc quam audi-
tis concinunt melodiam. Tunc omnes ad
arma currunt et sic invicem hortabantur
dicentes. Venite omnes discipulos occidamus
ac corpus illud quod seductorem portavit
ignibus comburamus. Princeps autem sacerdotum
hoc videns stupefactus et ira repletus ait. Ecce
tabernaculum illius qui nos et genus
nostrum conturbavit qualem gloriam nunc accepit.
Et hec dicens manus ad lectum misit
volens illum evertere et ad terram adducere.
Tunc manus eius subito aruerunt
et lectulo adheserunt. ita ut ad lectulum
penderet manibus et nimio cruciatu ve-
xatus lamentabiliter eiularet. Reliquus

aut[em] p[ro]ceres ab angel[is] qui erant i[n] nu-
bib[us] cet[er]is p[er]cussus ē p[ri]nceps sac[er]dot[um]
clamabat dicēs s[an]c[t]e petre in hac t[ri]bula-
t[i]o[n]e me nō despicias. s[ed] p[ro] me obsec[ro]
ad d[omi]nu[m] p[re]ces fundas. Memor ee d[e]b[es]
q[u]al[ite]r aliu[m] c[um] ancilla et quali[ter] te accusante
hostiaria excusaui. Cui p[etrus]. Impediti in obseq[ui]o
d[omi]ne n[ost]re expediti sum[us]. Et curationi tue
nō intendere nō valem[us]. Verumt[amen] si in
d[omi]n[u]m n[ost]r[u]m ih[esu]m xp[istu]m et in hanc q[ue] ip[su]m
portauit c[on]credidis credo te cito c[on]s[ecu]t[u]r[um]
sanitatis beneficiu[m] poteris. Qui r[espo]ndit
Credo d[omi]n[u]m ih[esu]m xp[istu]m eē filium dei et hanc
sacratissimam mariam m[at]rem ei[us]. Statimq[ue] a
feretro manus eius solute s[un]t. S[ed] tamen
brachia adhuc arida remanserunt
et dolor uehemens nō recessit. Dix[it]q[ue] ei
petr[us]. oscula te lectum et dic. Credo i[n] deu[m]
ih[esu]m x[pistu]m q[ue]m ista i[n] utero portauit et post p[ar]tu[m]
virgo p[er]mansit. Quod cu[m] fecisset continuo redditus
est p[ri]stine sanitati. Dix[it] ei petr[us]. hanc
autem palmam accipe de manu fr[atr]is n[ost]ri
iohannis et pones eam sup[er] p[o]p[u]l[u]m excecatum.
et quicu[m]q[ue] crede[re] voluerit recipiet visu[m]
qui a[utem] crede[re] noluerit videre nō poterit i[n] et[er]nu[m].
Mariam a[utem] portantes ap[osto]li i[n] monumento
redierunt locum nepuum deprehendunt (?) inac-
cessibilem ingruentem circumdedit. Unus vero
autem eorum sagittam dirigens ut cer-
vam expelleret virum dei percussum oran-
tem vulnerat in flexum. Sed milites
semitam ferro aperientes ad ipsius antrum ve-
niunt. Specus limina videntes senem
habitu monachali indutum canitie vene-
rabilem et cervam ante eius
genua provolutam. Solus episcopus et rex seces-
sionem adeuntes tercio terram illius
visitant et interrogaverunt eum quis esset et
unde venisset. Atque cur tam densam
heremi vastitatem penetrasset. Sed cum
vulneratum eum gratias ut preterea quod
hic ad singula respondisset et illi ab eo
humiliter veniam postularent medicos
sanando vulneri se promiserunt et mul-
ta munera optulerunt. Sed ille nec
medicinam ad hibere voluit et mu-
nera tamen prenes ad ipsum nec respexit
quin potius sciens virtutem in infirmi-
tate perfici dominum exoravit ut ne
quamdiu viveret sanitatem recuperare
deberet. Sed orat eum sicut rex invisitur
et sublimiter orat eum sicut rex salutis
abeo suscipere in monachis dicit se op-
tulit. Sed ille eas recipere penitus re-
cusavit admonens ut in monasterium
construeret. Ubi monastica ordinis disciplina
vigeret. Quod cum rex fecisset incepit Egi-
dius lacrimis et precibus victus regis pertinet plurimum



remissus illius monasterium eum suscep-
it. Fama regis karoli vero audiens ei-
us frequencia ad venerandum suscepit. Cum
inter cetera salutis colloquia rex eum
rogaret ut pro ipso dignaretur orare
quia quoddam facinus enorme commiserat
quod nulli unquam nec ipsi sancto confiteri au-
deret. Sequenti igitur dominica dum egidius celebrans
pro rege oraret angelus domini eidem apparens
cedulam super altare posuit in qua scrip-
tum erat per orationem regis peccatum egidii
precibus iam esse dimissum si tamen penitens
et confitens ab illo deinceps abstineret.
Adiectum etiam erat in fine quod quicumque
sanctum egidium pro aliquo peccato commisso in-
vocaret si ab illo desisteret ei re-
missum non dubitaret. Ablata
igitur regi cedula peccatum suum rex agnovit et
veniam humiliter postulavit. Egidius
autem cum honore rediens apud nemausen-
sem filium principis qui tunc obie-
rat suscitavit. Post aliquantulum tem-
poris prenuncians monasterium suum non longe
ab hostibus evertendum romam adiit et privi-
legium ecclesie sue duo hostia cipressi-
na in quibus sculpte erant ymagines
apostolorum que in tyberim proiectis divine commisit gu-
bernacioni. [?] divino regimini commendavit
et ad monasterium rediens audivit quod ad portum
iam [?] ... restitui. Cum ... ad
monasterium rediisset predicta hostia in portu
invenit et gratias agens deo quod inter tot
varia pericula illesa servasset ea in limi-
ne ecclesie et ad decus ecclesie et unitatem munimen
posuit rome sedis eterne. Tandem dominus
sui obitus imminere sibi per spiritum reve-
lavit quod ille fratribus indicavit et pro se
orare suadens in domino feliciter obdormi-
vit. Vero chorus angelorum eius animam
in celum ferentium plurimi se audisse
testati sunt. Floruit autem circa annum domi-
ni [illegible] De nativitate domini. beate marie

Nativitas sancte et gloriose virginis
marie ex tribu iuda et regia stirpe
david duxit originem. Matheus autem et lucas
non generacionem marie sed ioseph describunt qui
tamen a conceptione Christi fuit alienus. Sed mos
scripture est ut non mulierum sed virorum
generationes texantur. Verum gloriosissima virgo
de stirpe david descendit quod patet per hoc quod scrip-
tura sepe testatur christum de semine david exor-
tum fuisse. Cum igitur christus de sola virgine
natus est manifestum est ipsam virginem
de david natam esse per lineam nathan.
David enim inter ceteros habuit duos filios na-
than et salomonem. Secundum iohannem damascenum
filii david ut testatur iohannes damascenus levi genuit
melchi et panthar. Panthar genuit barpan-
thar. Barpanthar genuit ioachim. Ioachim vir-
ginem mariam. Ex tribu salomonis
nathan habuit uxorem ex qua genuit ia-
cob. Defuncto autem nathan melchi ex
tribu nathan qui filius quidem levi fra-
ter nathan nupsit uxori autem nathan matri
autem iacob et genuit ex ea hely. Sic fuerunt
autem fratres uterini iacob et hely. Iacob autem
ex tribu salomonis hely autem ex tribu
nathan. Defuncto autem hely ex tribu
nathan sine liberis iacob frater eius ex
tribu salomonis uxorem eius accepit et suscitavit
semen fratris et genuit ioseph. Ioseph
igitur natura filius iacob ex descensione sa-
lomonis secundum legem autem hely qui ex natha
sed filius qui nascebatur secundum naturam quidem erat
generantis secundum legem autem defuncti. Hec ille.
Sic autem in hystoria ecclesiastica legitur et beda in cronica testatur
quod omnes generationes hebreorum et alienigena-
rum in archivis templi secretioribus servaban-
tur. Herodes vero iussit incendi existimans
se nobilem posse videri si deficientibus
probationibus progenies sua ad israel per-
tinere crederetur. Fuerunt tamen quidam dicti domini-
ci ob propinquitatem Christi quasi nazarenis

qui ordinem generationis xpi ut cognitur
didicimus primum ut acumbitum libris
hieronimus quosdam dicunt hebraice
quod potuit per ordinem joachim a
accepit uxorem nomine annam que huius
sororem nomine hismeriam hismeria
genuit helizabeth et heliud heliza
beth iohannem baptistam de heliud nat
est eminem de emine natus est sanctus ser
uatius cuius corpus est in oppido traiecti sup
fluvium mosam in episcopatu leodiensi
anna autem tres viros habuisse dicitur scilicet ioachim
cleopham et salomee. de primo autem viro scilicet
ioachim unam filiam scilicet mariam matrem
genuit domini quam ioseph nuptam dedit
que xpm dominum genuit et peperit mortuo
ioachim cleopham fratrem ioseph ac
cepit et ex illo aliam filiam quam etiam fili
mariam vocavit. post tertio se coniunge
soluit hec autem maria ex alpheo viro
suo iiii filios genuit scilicet iacobum mino
rem ioseph iustum qui et barsabas symo
nem et iudam. mortuo secundo anna tertium
accepit nomine salomee ex quo aliam
filiam genuit quam rursus mariam no
minavit et zebedeo in coniugem tradidit. hec
autem maria ex zebedeo viro suo duos fili
os genuit scilicet iacobum maiorem et iohan
nem evangelistam unde et de his extat
versus annam solet dici tres concepisse ma
rias. Quas genuere viri ioachim cleo
phas salome que. has ducere viri ioseph
alpheus et zebedeus. prima parit xpm ia
cobum secunda minorem et ioseph iustum pe
perit cum symone iudam. Tertia maiorem
iacobum volucremque iohannem. Sed iam
qualiter virgo beata maria potuit esse cognata eli
zabeth ut superius dictum est. constat enim eli
zabeth uxorem fuisse zacharie qui erat
de tribu levi et secundum legem quilibet de sua
tribu et familia ducere debebat uxorem
et ipsam de filiabus aaron lucas fuisse

testatur. Sed secundum ieronimum anna fuit de
bethleem que est civitas de tribu iu
da. Sed sciendum est quod frater aaron et ioia
da summus sacerdos ambo de tribu iu
da duxerunt uxores unde tribus sacerdotalis
et regalis cognatione semper adinvicem pro
bantur fuisse iuncte. potuit [illegible] ut dicit
beda hic recentiori cognatione xpo fi
dans nuptum feminis de tribu in tribu
ut manifeste tamen maria que ex
tribu regia descendit consanguinea sa
cerdotalis cognationem gener habuisse constat
et [illegible] beata maria utriusque tribu erat vo
luit [illegible] dominus ut hec tribus privilegia
te [illegible] coniunctione [illegible]
[illegible] quia dominus de eis nasciturus erat
qui vere rex et sacerdos pro nobis se
ipsum offerret et fideles suos in mili
tiam huius vite pugnantes regeret
et post victoriam coronaret. quod et ex
nomine xpi innuitur quod solita
cerdotes et reges et prophete in lege veteri
ungebantur. unde et nos a xpo xpiani
dicimur. et genus electum et sacer
dotum appellamur. Sed est quod dicebat quod
mulieres tantum sue tribus hominibus
generari dandum fuisse constat ne distri
buto [illegible]
ca tribus sortem [illegible] non hie
[illegible] mulieres de illa tribu nu
bere permittebat [illegible] hieronimus
autem narrantis virginis ut [illegible]
[illegible] in prologo refert adolescentulus
in quodam libello legitur sed [illegible]
temporis non se [illegible] regis [illegible]
primo [illegible] ioachi
nam [illegible] galilea [illegible] naza
ret [illegible] annam ex bethleem duxit
uxorem ambo autem iusti erant et sine
reprehensione in omnibus mandatis
domini incedebant [illegible] sua
[illegible] dividebant [illegible] pte



templo et templi servitoribus [...]debant

[...] partem templo et templi servitori-
bus impendebant aliam peregrinis et
pauperibus erogabant. Cumque [...]
[...] sine [...] et in per
annos xx [...] coniugio non liberos
novissent domino voverunt quod si eis sobolem conce-
deret eam servitio domini manciparent.
Propter quod singulis annis in tribus
festis principalibus ierusalem frequentabant.
In festo enceniorum ioachim cum contribuli-
bus suis ierusalem ascendit et cum ceteris ad al-
tare accedens oblationem suam offerre
suam voluit. quem videns sacerdos cum
indignatione nimia repulit et cur ad
altare dei accedere presumeret increpavit
asserens non esse conveniens maledicto
legis obnoxium oblationem domino legis
offerre nec inter fecundos infecundum qui
templum dei non auxit astare. Ioachim
sic confusum se videns pre pudore do-
mum redire noluit ne a contribu-
libus suis qui hoc audierant tamquam op-
probrium sustineret. sed secedens ad pasto-
res suos cum aliquamdiu fuisset quadam die
ei soli angelus cum magna claritate
apparuit et de eius visione turbato
ne timeret admonuit dicens. Ego
sum angelus domini missus ad te ut an-
nuntiem tibi preces tuas esse exaudi-
tas et elemosinas in conspectu domini ascendisse.
Vidi namque pudorem tuum et audivi steri-
litatis opprobrium non recte tibi obiectum.
Peccati quippe non nature ultor est deus et ideo
cum alicuius uterum claudit ad hoc facit ut mi-
rabilius denuo aperiat et non libi-
dinis esse quod nascitur sed divini fore muneris
cognoscatur. Prima enim gentis vestre mater
Sara nonne usque ad nonagesimum
annum sterilitatis opprobrium pertulit
et concepit ysaac cui repromissa erat omnium
gentium benedictio. Genuitne Rachel tamen

diu sterilis fuit et genuit ioseph qui
totius egypti dominium habuit. Quis fortior
sansone et sanctior samuele et tamen hii
ambo matres steriles habuere. Ergo
ut extis credere dilatos diu conceptus et partus
les partus eo mirabiliores esse solere. Sic et
Anna uxor tua pariet tibi filiam et vo-
cabis nomen eius mariam. Hec ut vovistis
erit ab infantia domino consecrata et ad-
huc ex utero matris sue spiritu sancto plena
nec foris inter populares sed in templo
domini semper morabitur ne quid sinistrum de ea
aliquis suspicetur. et sicut ipsa ex sterili mire
nascetur ita ex ipsa incomparabiliter altissimi filius
generabitur cuius nomen erit ihesus et per eum omnibus
gentibus erit salus. Et hoc tibi signum erit. cum perve-
neris ad auream ierusalem portam anna uxor tua venie-
tur obviam. que de sua tar-
ditate modo sollicita tunc de visione tua
gaudebit. Hec dicens angelus ab eo discessit.
Anna autem cum amare fleret et quo vir suus
iisset ignoraret idem angelus eidem apparuit
et eadem que viro indicaverat pate-
fecit addens in signum ut iret ad au-
ream portam et pergeret et ideo viro redeun-
ti obviam. Secundum igitur preceptum angeli
ambo sibi invicem obviantes et de visione mutua
certitudine letati et de prole promissa secu-
ri adorato domino domum redierunt
divinum promissum hilariter expectantes.
Anna igitur concepit et filiam peperit nomen-
que eius mariam vocavit. Completo igitur per
triennium ablactationis tempore ad templum
domini virginem cum oblationibus adduxerunt.
Erant autem circa templum iuxta xv graduum psalmos
xv ascensionis gradus. nam quia templum
in monte erat constitutum altare ho-
locausti quod forinsecus erat adiri nisi
per gradus non poterat. Super horum ergo uno
virgo constituta cunctos sine alicuius ad-
iutorio in continenti ascendit ac si iam esset perfec-
te etatis. perfecta oblatione [...] filiam cum aliis

virginibus in templo domini degentes ad propria
redierunt, virgo autem cotidie magis sanctitate
proficiens et ab angelis cotidie visitabatur et
visione divina cotidie fruebatur. Ait Ieronimus quod
dicit epistola ad Cromatium et Heliodorum quod
beata virgo hanc regulam statuerat ut a mane
usque ad tertiam orationibus insisteret,
a tertia usque ad nonam textrino operi
vacaret, a nona ab oratione iterum non recede-
ret quousque angelus apparens escam
daret. Quarto decimo etatis sue
anno pontifex publice denuntiavit ut
virgines que in templo instruebantur
et quarum tempus implessent domum reverte-
rentur. Mandato ceteris parentibus sola
virgo Maria hoc se facere non posse re-
spondit, tum quia parentes sui eam domini servitio
mancipassent, tum quia virginitatem suam domino
vovisset. Tunc anxiatus pontifex eo quod
nec votum contra scripturam que dicit vovete et red-
dite votum infringendum putabat, nec
morem genti insuetum introducere audebat,
ad imminente festivitate Iudeorum senio-
res convocans, omnibus hec sententia
fuit ut in tam dubia re consilium domini quereretur. Cum-
que orationi insisterent et pontifex ad consu-
lendum dominum accessisset, de loco oraculi
cunctis audientibus vox insonuit dicens
quod omnes de domo David nuptui habiles
non coniugati virgas singuli singulas
ad altare deferrent et cuius virga
germinaret et in cuius cacumine
secundum Ysaie vaticinium spiritus sanctus in columbe
specie consederet, ipse procul dubio esset cui
virgo desponsari deberet. Erat autem inter ce-
teros Joseph de domo David, cumque incongruum
videretur hominem tam provecte etatis tam tene-
ram virginem ducere uxorem, ceteris vir-
gas suas afferentibus solus ille virgam
suam subtraxit. Unde cum nichil divine voci
consonum appareret, pontifex iterato dominum consulendum
putavit, qui respondit quod solus ille qui

virgam suam subtraxit non attulit, ille
est cui virgo desponsari deberet.
Prodens igitur Joseph cum virgam suam at-
tulisset et ipsa illico floruisset, et in eius
summitate columbam de
celo venientem consedisse, liquido omnibus
patuit ipsi virginem desponsandam
fore. Desponsata igitur virgine Joseph
ipse in suam civitatem Bethleem recessit domum
suam dispositurus et nuptiis necessaria pro-
visurus. Virgo autem Maria cum septem virgini-
bus coevis et collactaneis suis
quas ob ostensionem miraculi a sacerdote
acceperat ad domum parentum in Naza-
reth reversa est. In diebus illis angelus
Gabriel ei oranti apparuit et deum
nasciturum ei filium nuntiavit. Dies
autem nativitatis domine nostre virginis aliquando
fideles latuit. Contingit autem, ut
refert Iohannes Beleth, ut quidam vir sanctus
sedule contemplationi insistens singulis
annis sexto idus septembris in oratione
positus iocundissimam angelorum con-
centum sollempnitatem audiret. Super
devotissime sibi revelari petiit
cur quolibet anno illo tantum die et non
in alio hec audiret. Divinum accepit respon-
sum, quod virgo gloriosa Maria tali die
fuit mundo nata, et ideo hec manife-
staret filiis sancte ecclesie ut concordes
fierent in hac celebritate celesti
curie. Summo autem hoc pontifici
et aliis intimasset et illi orationibus et
ieiuniis inquisitis veritatem et testi-
monium, statuerunt hunc
diem in honore nativitatis virginis
celebrandum universaliter. Oc-
tava vero nativitatis antiquitus non ce-
lebrabatur, sed dominus Innocentius quartus natione
Ianuensis ipsam instituit celebrandam.
Cuius hec causa fuit: Gregorius IX per mor-
tem mediam sublato de medio Romanos

cardinales Mediolani conclavi inclu-
si fuerunt ut ecclesie citius provide-
rent. Sed cum per plures dies concordare non possent et ipsi a romanis
multas molestias paterentur, voverunt regine sustinerent
celi quod si eius meritis concordarent et libi-
ere possent, octavas sue nativitatis
diu neglectas decernerent in posterum ce-
lebrandas. Sicque infra triduum Celestinum
concorditer elegerunt et liberati sunt. per dominum Innocentium votum
adimpletum est. Celestinus enim modico
tempore supervixit et ideo per eum impleri non po-
tuit. Et notandum quod tres nativitates ecclesia
sollempniter celebrat scilicet nativitatem Christi, sancte Marie et
Iohannis baptiste, que tres designant tres
spirituales nativitates. Cum his enim renascimur:
cum Iohanne in aqua, cum Maria in penitentia, cum Christo nas-
cimur in gloria. Et quia nativitatem baptis-
malis oportet precedere contritionem
et glorie sibi. iste due nativitates vigilias et
habent. Sed quia per virginem totaliter purgati
non oportuit non vigiliam haberet.
Octavam vero omnes habent, quia omnes ad oc-
tavam resurrectionis anhelant. Miles
quidam valde strenuus beate Marie virginis multum
devotus ad torneamentum tendens quoddam
monasterium ad honorem beate virginis construc-
tum intravit, ut missam audiret in
eadem. Cumque alia missa misse succ-
ederet et ille ob honorem virginis ullam
pretermittere nollet, tandem monasterium exiens
ad locum tornamenti properabat, et ecce redeun-
tes eidem occurrunt et eum strenuissime
militasse testantur. Quod omnes qui ad-
erant asserebant unum sicut strenuissime
se militasse unanimiter clamabant
iterum ... et quidam etiam se ab ipso
captos dicebant se eidem offerebant
prudens vero discretus ... reginam
regiam vero curialiter se hono-
rasse... audivit manifestavit
et ad monasterium rediens filio virginis
deinde militavit. Episcopus audiens

bonum marie devotionem sollempnia et de
nocte ... audivit ... beate Marie in
nocte media ex devotione adibat et
ecce virgo virginum comitatum et unum
... virginum choro residentem ... occurrit
et cum summo honore suscepit ad eam
adque tenebatur ducem cepit parentibus
dominabus de choro puellis atque dicentibus
Sanctum ... gloriose bono
te dulcis amor Christi te sonet ore pio
... nos ... tuus alius chorus virginum
respondendo ... quod bene ...
ctores ... in ordine ...
... adimpleret ... magis
de luce ... sic ... communiter primus
ad ... Sicque ... tali procer-
sione ... ad ... dulcibus
... spiritibus et ... residentibus.
Quedam mulier solatio viri sui destitu-
ta unicum filium habebat quem tenerrime di-
ligebat. Quadam autem vice filius eius ab inimi-
cis captus et in custodia vinculatus est. Illa
audiens inconsolabiliter flebat et beatam virgi-
nem ... de nota ... pro liberatione
filii importunis precibus exorabat et cum
videns sic nichil proficere ... sola
ecclesiam ... imago beate Marie solamine
... imaginem ... sic
loquitur dicens: virgo tam pro liberatione filii mei
te sepe rogavi et adhuc nec ... in
fere misere ... pro ... meum
... in ploro auxilium ...
ad hoc ... fructu ... filius meus
... ablatus est sic et ego filium auferam
et obsidem pro filio meo in custodia ponam
et hoc dicens ... ymaginem
propius ... virginis ...
auferens domum ... quod ...
... mundissimo
involvit et in archa reconditam ...
conclavi diligentia ob ... lon-
obsidem pro filio suo habere se gaudens et

Ipsum diligenter custodiens et sequenti noc-
te beata virgo iuveni apparuit et ianuam
carceris aperiens ei ut exiret praecepit et
qui dixit matri tuae fili dices ut meum
reddat filium ex quo reddidi suum.
Qui exiens ad matrem venit et qualiter
beata virgo eum liberavit enarravit.
Illa autem plurimum exultans imaginem
pueri accepit et ad ecclesiam vadens beatae
Mariae reddidit filium dicens: Gratias
vobis domina refero quia unicum meum fi-
lium reddidistis et nunc vobis filium
vestrum reddo quia meum me recepisse
se fateor. Fur quidam erat qui se-
pe latrocinia exercebat, sed beatam Ma-
riam plurimum in devotione habebat et eam
crebrius salutabat. Quadam igitur vice
furtum quoddam faciens capitur et suspen-
dio iudicatur. Cumque suspenderetur, continuo
beata virgo ei affuit et suspensum tribus
diebus ut sibi videbatur suis manibus
sustentavit ita quod nullam laesionem
sibi persensit. Illi vero qui eum suspenderant
casu inde transeuntes eum vivere et
vultu hilari reperiunt et arbitrantes
quod laqueus bene strictus non esset, gladio
ipsum iugulare volebant, sed beata Ma-
ria tenenti gladio manum apponebat
et illi sibi nil nocere poterant. Cognoscentes
igitur illo referente quod beata Maria sic eum
iuvabat, mirantes eum deposuerunt
et amore virginis abire liberum dimi-
serunt. Qui abiens monasterium intravit
et quoad vixit in servitio dei genitricis
permansit. Clericus quidam beatam Ma-
riam valde diligens horas
eius sedule decantabat. Cumque pa-
rentes eius morerentur, alium non habentes
heredem eius hereditatem dimiserunt. Tunc
ipse compulsus est quod ab amicis ux-
orem propriam gubernaret. Quadam
autem die cum ad nuptias celebrandas ve-
acciperet et hereditatem

niret in itinere quandam ecclesiam intrare
cepit et recordatus est servitii. Beatae Mariae
in ipsam egrediens horas eius dicere
coepit et ecce beata Maria ei apparuit
et quasi severius ei dixit: O stulte et infi-
delis, cur me amicam et sponsam tuam
relinquis et mihi feminam aliam ante-
ponis? Ad haec ille compunctus ad socios re-
diens et totum dissimulans celebratis
nuptiis media nocte omnibus reli-
ctis de domo aufugit et monasterium
intravit beatae virgini devote serviens. Sa-
cerdos parochiae cuiusdam et honestae
vitae nullam missam nisi missam
beatae Mariae sciebat, quam in eius honorem
sedule decantabat. Apud episcopum igitur
accusatus et ab eo mox accitus est. Cum-
que coram episcopo se aliam missam
nescire diceret, episcopus ipsum quasi seducto-
rem durius redarguit et ab officio ipsum
suspendens ne deinceps missam celebrare
auderet iniunxit. Sequenti nocte beata
Maria episcopo apparens eum plurimum incre-
pavit et ait cur sic famulum meum male tra-
ctasti capellanum tuum requisivit ad-
didit quod die tricesimo moreretur nisi illum
ad consuetum officium restitueret. Treme-
factus episcopus sacerdotem accersivit et veniam
postulans ut nullam missam praeter
illam quam sciebat de beata virgine ce-
lebraret deliberavit iniunxit. Cle-
ricus quidam vanus et lubricus erat sed tamen
dei genitricem plurimum diligebat
et horas eius studiose de nocte ta-
citus decantabat. Quadam igitur
nocte in visione vidit se ante
tribunal dei astare et dominum circumstan-
tibus dicere: De illo quem nos aspicitis quo
iudicio dignus sit vos discerni-
tis. Ego enim diu toleravi et nullum ad-
huc meae emendationis signum
inveni. Tunc de omnibus approbantibus

sententiam ex ore virgo sic surrexit et filio
suo dixit: Christe pie, fili clementissime, matrem tuam
rogo ut super eum damnationis sententiam
mitiges. [...] igitur ei ob gratiam mei
qui ob[...] nimium adiciat mortem et
[...] eum liberabo fil[...]
[...] vero eius ante promissi per[...]
[...] virgo ad hominem dixit: Vade et cap-
tivo precipe ne de certis [...]
igitur [...] vitam [...] et religio-
nem [...] in sanctis operibus vitam fini-
vit. In Sicilia anno domini DXXXVII
fuit quidam vicedominus Theophilus nomine cuius-
dam episcopi ut ait Fulbertus Carnotensis
episcopus qui tam prudenter sub episcopo res ecclesiasti-
cas gubernabat et dispensabat quod mor-
tuo episcopo eum dignum episcopatu omnis populus
acclamabat, ac ille vicedominatu contentus
alium in episcopum maluit ordinari. Tan-
dem ab ipso officio invite ab episcopo depositus
propter quod in tantam desperationem delapsus est ut
ad suam recuperandam dignitatem cuius-
dam Iudei malefici consilium expeteret.
Ille igitur diabolum advocavit et ad vocatum
quod venit. Theophilus igitur iussu demonis
Christum et matrem eius abnegavit et omni chri-
stiane professioni abrenuntiavit et ipsius abre-
nuntiationis et abnegationis cirog-
raphum suo sanguine proprio scriptum et scriptum
anulo sigillavit et sigillatum
demoni tradidit et sic eius servitio se
addixit. In crastinum igitur procurante demo-
ne Theophilus in gratiam episcopi recipitur et in
sua dignitate officii restituitur. Tandem
ad se reversus de eo quod fecerat valde in-
gemuit et ad virginem gloriosam beatam
adiutricem sibi fieri tota mentis devotione
confugit. Quadam igitur vice beata virgo ei in visi-
one illi apparens et de impietate ipsum incre-
pavit et diabolo abrenuntiare precepit
ac Christum dei filium et omnem christianam
professionem confiteri fecit et sic ipsum istius

Filii gratiam recuperavit et ad indicium
indulgentie veniens virgo ei apparens cirographum
quod demoni dederat sibi reddidit et super pec-
tus posuit ut iam non se demoni servum
timeret sed per virginem se liberatum fuisse
gauderet. Quo Theophilus recepto vehementer
exultans coram episcopo omni populo quod
acciderat retulit et cunctis admirantibus
gloriosam [...] post [...] in pace quievit.

Quedam mulier et vir suus filiam unicam
habentes eam cuidam iuveni matrimonio tradi-
derunt et ob amorem filie generum suum
secum in domo tenebant. Mater autem puelle
iuvenem amore sue filie tam diligenter
colebat ut non minor esset amor puel-
le ad ipsum quam socrus ad generum. Unde
homines maliciosi dicere ceperunt quod hoc filie non
faceret sed ut eius potius sese ingereret.
[...] igitur mulieris animum tam vehementer sol-
licitabat ne in vulgi fa-
bulam verteretur duos rusticos allocuta est
ut eum occulte generum strangularent et sin-
gulis viginti solidos pollicetur. Quadam igitur die
eos in cellario recludens maritum suum
ex industria aliquo direxit et filiam
suam alio transmisit. Tunc adolescens
iussu domine sue cellarium ut vinum afferret
ingreditur, mox ex illis latronibus strangula-
tur. Socrus ipsum in lecto filie defer-
ens quasi dormientem vestibus cooperuit. Re-
deuntibus igitur marito et filia et ad mensam
positis iubet filie mater ut maritum
excitet et ad mensam vocaret.
Quem defunctum reperiens et hoc omni
tota familia in lamentum vertitur. Illa
mulier homicida quasi dolens ceteris la-
mentatur. Illa autem mulier de perpetrato scele-
re valde ingemuit et sacerdoti omnia per
ordinem confessa fuit. Post aliquod tempus inter
mulierem et sacerdotem litigium oritur et sacer-
dos scelus hoc viro eius improperavit
quod audiens [...]

ad ducatur ad iudicem ab eo ignibus com-
cremanda dum ponitur. sive quomodo similiter in-
ne considerans ad beatam virginem se vertit et
eius meritis eam in rogo ne combureretur se
protexit. post modum extra compellitur. Tunc
magnum preciosum ignem omnes inten-
dentes illesam incolumem contuentur
ac presentes preter ignem premium esse pu-
tantes latrinam continuo & in igne
piano videntes. et quod non sit aliquo
lenones lanceis & hastis eam impugnare
ceperunt. Tunc iudex cum ad eam venisset
miratur ob stuporem et eos ab impetu impug-
nare compescuit. eam autem diligenter considerans
nullum in ea signum incendii preter
sola in ulnis lancearum invenit. com-
pertentes eius domum eam reclusissent
et eam fortius et lesam vehementer
volens eam deus ulterius humana suspi-
tione fidem post hoc domini in laude virgi-
nis perseverante ex hac vita migravit. De

sancto Adriano

Adrianus cum Maximiano
imperatore regnante martirium
passus est circa annos domini ccc. Nam cum Maximianus
in Nichomedia ydolis immolaret
iussisset cuncti christianos perquirentes. alii
timore pene. alii amore premii promisse pro-
ximos vicinos quoque propinquos domesti-
cos ad supplicia pertraherent. inter quos
xxxiii apprehenderunt quos presentes ante re-
gem adduxerunt. Quibus rex. non au-
distis quam penam adversus christianos posu-
erim. Cui illi. audivimus et insaniam
tue visionis irrisimus. Tunc rex iratus
iussit cedi eos nervis et lapidi-
bus ora eorum contundi mancipari ac
quod vinculis compositis ferreis in carcere
recludi precepit. quorum constantiam Adri-
anus princeps officii mirantur considerans
dixit eis. adiuro vos per deum vestrum
ut mihi dicatis quam retributionem
expectatis pro his tormentis ad
quem sancti dixerunt. Oculus non vidit nec
auris audivit nec in cor hominis ascen-
dit que preparavit deus diligentibus se. per-
fecte tunc Adrianus in medium prosi-
liens ait. nomine me cum istis
computate quia ego christianus sum. Quod imperator
audiens. nolentem sacrificare vinctum
in carcere poni precepit. Natalia uxor
eius audiens virum suum
vinctum scidit vestimenta sua flens
plurimum et eiulans. Sed cum audisset quod pro
fide Christi incarceratus fuisset gaudio re-
pleta ad carcerem currit et vincula
viri sui et aliorum osculari cepit. Erat
enim christiana sed propter persecutionem se non
publicabat et dixit ad virum suum. Beatus
es domine mi Adriane quia invenisti divi-
tias quas non dimiserunt parentes
tui ambulantes hinc cum multa
possidebit qui non erit fenerandi tempus
nec mutuo accipiendi cum nullus
de pena alium liberabit. nec pater filium nec
mater filiam. nec servus dominum nec
amicus amicum nec divitie possessorem.
Cumque eum admoneret ut omnem
gloriam terrenam contempneret et amicos
et parentes sperneret et spem ad celestia
erigeret. dixit ad eam Adrianus. Vade
soror mea quia tempore passionis accersiam te
ut videas finem nostrum. Sic quod illa commen-
dans virum aliis sanctis ut eum conforta-
rent rediit ad domum suam. post modum audiens Adrianus
diem sue passionis adesse datis custodibus sponsoribus
ne fortasse dubitarent? adiit domum vocare
Nataliam sicut ei promiserat ut eorum passionibus presens esset.
Quod Natalia videns eum preveniens timuit.
Ianuam clausit dicens. Absolutus est Adrianus et ecce venit.
Quod illa audiens non credebat dicens.

Et si poteris eum absolvere amicus tuus
et sectator tuus nominari contingit ut absolvat
animalibus et sectatoribus sanctis dum hec loque
retur, puer domesticus venit dicens eius
dominus est illa, Adrianus. Quod nun
tium ut recepit, amarissime flebat
et conscissis vestibus suis fugiens velociter
eum hostium domus clausit et dixit
longe a me esto, a viro deo non sit
ut non inveniatur locus viri illius quod dominum
deum suum abnegavit et confusa ad
eum dixit: o tu miser sanctus quid te
cogit apprehendere quod non potuisti perfi
cere. quis te separavit a sanctis aut quis te
seduxit ut recederes a conventu pacis
dic mihi cur fugisti antequam pugna fieret
aut quam repugnantem te videres quomodo
vulneratus es ne dum emissa sagit
ta et ego miserabilis sic ex gente sum
deo et de genere impiorum alienis offe
ro. heu me infelicem et miseram quid
faciam quae coniuncta sum huic de ge
nere impiorum non est concessum mihi unius
horae spatio ut nominarer uxor mar
tyris. Sed ut diceret transgressoris ad
modicum quidem exultatio mea fuit et
ecce postea obprobrium meum erit
haec autem beatus Adrianus audiens gaudebat
admirans de femina iuvene et pulchra
christiana et nobili et annorum xviii nisi s
nupta quomodo talia loqueretur. postquam viri ex
hoc ad martyrium ardentior effectus
verba eius libentissime audiebat
Sed eam nimis affligi videns dixit
ei: aperi mihi Natalia domina mea, non enim
ut putas martyrium fugi. Sed ut pro
missi nostrae venirem quae in carceres
aut mihi quomodo me se duxit cum suggessor
quod vivat aliter iudicis fugere autem
nisi me ipsam tantum in hac falsam ut sa
cietis et dum moriar. ad apiendum
dixit ei aperi et anus. nam vadis ex verbis

me non videbis quia me cum eum ingemuit mei
non videris fide iussores dedi sanctis mar
tyres hii nunc me requirentes in veni
unt sustinebunt cum comitatus nostris
simul mea hoc autem audiens natalia
aperuit et se inuicem postulant ad carcerem
simul abierunt. Ubi natalia per vii di
es ulcera sanctorum linteis pretiosis extergebat
Alia vero die imperator eos iussit
adduci et soluta prementis caminis, ita ut non
poterant velud alia portabantur. Adria
nus vero victis manibus secutus est. Deinde
Adrianus portans super eculeum cesari
presentatur. Natalia vero ad ingressum se ei
dicebat: vide domine mi ne forte cum
deos et tormenta videbis modicum quietis
patiaris contra eos et augelos extulerat
Adrianus gratiam sacrificare noles gravius
cesus est audiens quia natalia gaudens
ad sanctos cum esset martyrem aut eaci
dixit nunc inchoaverit martyrium. Cum autem rex
ne deos suos blasphemaret moneret
ait si ego torqueor quia eos qui non
sunt blasphemo qualiter tu torquebis qui
deum meum blasphemas. cum rex
hoc temporibus ille se ductores docuimus
quod Adrianus qui seductores eos dicit
doctores mee et vite aeternae nata
lia hec tu sanctum dominum congratulatur referebat
Tunc rex in validissimis fecit eum
gravius cedi. Omnes ergo penas et ieiu
ganiones et visiones natalia aliis
martyribus cum coram Adriano retulit
referebat. Tunc ex cesus est ut ei viscera
effunderentur. Tunc virgo iniunctus qualiter
in carcere reducetur et Adrianus
in vinculis deductus valde decorus annorum
xxviii. Natalia vero virum suum suppli
cium tacentem et totum lacerum confidens
inclitos manum vestrum interiore eius dicebat
beatus es domine mi quia dignus effectus es de
unio sanctorum beatus es lumen meum qui patiaris

pro eo quod iste pro christo passus est quippe mi
dulcis meus non videas gloriam eius
Audiens autem imperator quod multe matrone
sanctis martiribus ministrarent precepit ne ulla
ad eos ingredi permitteretur. Quod au
diens natalia se ipsam tondit et
habitum virilem assumens sanctis martiri
bus ministrabat. Alias autem mulieres exemplo suo ad hoc in
duxit. Rogavit eum quod cum fuerit in gloria
hanc precem faceret pro ea ut se immaculatam
custodiens. Audiens autem rex quod matrone sanctis
iussit incudem afferri ut crura super in
cudibus eorum confracta morerentur. Timens autem
natalia ne vir suus aliorum suppliciis
terreretur rogavit ministros ut ab eo in
ciperent. Abscisis igitur ab eo pedibus et ma
nibus et confractis rogavit eum natalia
ut manum sibi abscindi permitteret quatenus
aliis sanctis qui plura passi fuerant compar esset.
quo facto adrianus spiritum reddidit. Ceteri
quoque ultro pedes porrigentes ad dominum mi
graverunt. Rex autem corpora eorum comburi
mandavit. Natalia vero manum adri
ani in sinu suo abscondit. Cum autem corpora
sanctorum in ignem proicerentur voluit
et natalia se cum eis in ignem precipitare
sed subito vehementissime pluvia irruit
et ignem extinguens corpora sanctorum illesa serva
vit. Christiani consilio inito corpora eorum con
stantinopolim transtulerunt donec pace
ecclesie reddita cum honore referrentur. Passi
sunt autem circa annum domini CCLXXX. Natalia vero ad
huc remanebat manum sancti adriani secum re
tinens et in solatium vite sue semper ad caput
lectuli tenebat. Post hec autem tribunus
videns nataliam tam pulcherrimam
tam divitem et nobilem de voluntate im
peratoris honestas matronas ad eam
misit ut ipsi coniugio assentiret.
Cui natalia respondit. Quis mihi prestare
poterit ut coniunger tali viro. Sed petiit
ut trium dierum sibi daretur indutie ut [illegible]

Lectum suum. Cui diceret ut cito fugere post
sumpta dominum exoraret ut se immaculatam
conservaret. Subito obdormivit et unus
de numero martirum ei apparuit et eam
dulciter consolans ut ad locum ubi corpora
martirum erant veniret imperavit. Evigi
lans igitur et manum adriani solummodo ac
cipiens cum multis christianis navem conscen
dit. Quod tribunus audiens cum multitudine mi
litibus eam prosequi secutus est. Sed ven
tus contrarius multis eorum submersis
eos redire compulit. Media autem nocte
dyabolus in specie naucleri quandam fantas
ticam navem habens occurrit. Natalia autem
et quasi voce naucleri ait eis: Unde venitis
aut quo pergitis. Et illi: Ex nichome
dia venimus et constantinopolim pergimus.
quibus ille ait: Erratis. Ad sinistram
pergite rectius navigantes. Cui diceret
ut eos in mare lapsos necaret et pereunt. Sed
ut vela mutarent, subito adrianus
in navicula sedens eis apparuit et eos
navigare sic prius precepit ad
monuitque asserens malignum spiritum fu
isse qui eis locutus fuerat. Pergens que se
cum eos precedebat eos et viam eis
ostendebat. Natalia vero adriani precedentem
videns nimio gaudio repleta est. Sic
quoque ante lucem constantinopolim ad
venerunt. Cum autem natalia in domum
venit cum martirum tradidit et
manum adriani ad corpus posuit et post
orationem dormitavit. Adrianus ei apparens
et salutans eam ut secum ad pacem ete
rnam venire precepit. Que evigilans
et sopitum astantibus recitans vale
faciens omnibus emisit spiritum. Fideles
autem corpus eius accipientes cum corporibus martirum
illud posuerunt. De sancto gorgonio

Gorgonius et dorotheus apud nicho
mediam primi in palacio dyocleti
ani augusti militie tenebant

[illegible] libius regem suum sequi et christia-
nos se esse libere confitentur. Quod caesar
audiens plurimum animaliter egre ferens
quod tales viros quos nutrierat palatinos
invictos morum et generis nobilitate de-
coratos, cumque nec minis nec blan-
diciis moverentur, in eculeo distenduntur
et flagellis et ungulis toto corpore lania-
ti aceto et felle mixtis per eorum cor-
pora perfunduntur et consequenter collocati
et in craticula assantur et quasi in lecto florum
delectati iacent nichil lesionis sentientes.
Deinde iussu cesaris laqueo suspenduntur
et corpora lupis et canibus exponuntur. Sed cor-
pora a fidelibus colliguntur. Passi sunt
circa annum domini CCLXXX. Post multos annos
corpus sancti Gorgonii Romam translatum
est. Anno domini DCCLXIIII episcopus Metensis
nepos Pipini regis ipsum ad Galliam
transtulit et in Gorgoniensi monasterio
collocavit. De sanctis Protho et Iacincto

Prothus et Iacinctus eunuchi et
primicerii et in studio philosophie so-
cii Eugenie filie Philippi nobilis-
simi. Totius vero generis quamquam his a se-
natu prefecturam Alexandrie acceperat
et illuc Claudiam uxorem suam et fi-
lios Avitum et Sergium et filiam quae Eugeni-
a secum duxit. Eugenia omnibus liberali-
bus artibus et litteris erat perfecta. Prothus
quoque et Iacinctus secum studuerant et
ad perfectionem omnium scientiarum devene-
runt. Eugenia igitur XV. etatis sue
anno ab Aquilino et consulis
filio petitur in uxorem. Cui illa: maritum
non natalibus sed moribus esse eligendum.
Pervenit igitur ad manus eius doctrina
Pauli et mentibus cepit animo esse christiana.
Permissum erat christianis circa urbem Alexan-
driam habitare. Unde illa quasi solacien-
di gratia ad villam transiens audivit
christianos cantantes: Omnes dii gentium

demonia, dominus autem celos fecit. Tunc dixit
Protho et Iacincto qui secum stu-
duerant: Per sillogismos scrupuloso cur-
su egimus Aristotelis argumenta et
Platonis ideas et Socratis monita et
breviter quicquid cantat philosophus excogitant (margin: poeta et quod oratores et philosophi)
hac una sententia excluduntur. Dominationem mihi usur-
pacioni potestas sororem vos sapientia fecit.
Simus igitur fratres et sequamur Christum. Placet
consilium et assumpto habitu virili ad monasterium
cui Helenus vir dei preerat venit, qui nullas
ad se feminas venire sinebat. Cum quo-
dam autem heretico disputaturus contendens
argumentorum fictione non posset, magnum ignem
accendi fecit ut ille qui non combureretur vera
fide haberet probaretur. Quod cum ambo ingrederentur,
ille illesus exivit, hereticus autem cum intraret non-
nullis ab omnibus expulsus est. Ad hunc igitur cum ac-
cessisset et se virum diceret, ait ille: merito vir-
um te dicis quia cum sis mulier agis viri-
liter. Sexus enim ei a deo fuerat revelatus. Ab eo
igitur cum Protho et Iacincto monachi habitum suscepit
et se fratrem Eugenium ab omnibus appel-
lari fecit. Pater autem eius et mater videntes
currum Eugenie vacuum redisse
merentes undique filiam inquiri fecerunt
sed minime invenire potuerunt. Interrogantes
vates quid de filia factum sit, qui responderunt
eam a diis inter sidera raptam. Quo circa pater
imaginem filie fecit et ipsam ab omnibus ad-
orari mandavit. Ipsa vero cum sociis in dei ti-
more permansit et mortuo Heleno ipsa
prelata erat. Tunc Alexandrie matrona
quedam dives et nobilis Melancia nomine, quam
sancta Eugenia oleo perungens a quarta-
na liberavit in nomine Ihesu Christi. Unde mul-
ta ei munera misit, sed non recepit. Putans
autem matrona Eugenium esse hominem ar-
bitrata sepius eum visitabat, videns eius
eleganciam iuventutis et pulchritudinem corporis
in eius amorem exarsit et tractabat quo-
modo ei consentire posset; [illegible] cogitat [illegible]

Psale

Languorem finxit ut ad eam veniret
et se ei miscere dignaretur. Cumque venisset, cepit
ei qualiter eius amore captiva esset et ut se in
eius amplexibus admitteret rogans ut se ei
carnali commisceret. Statim quia eum amplexa,
herens amplecti et osculari et ad crimen hor-
tari. Quod factum execratus Eugenius ab homine
dicens ei: Recte Melanciam nomine habere
cognoscis. Egrediens autem repleta per-
fidia nigra diceris et obscura filia tene-
brarum amica dyaboli, dux pollutionis, fo-
mitum libidinis, soror anxietatis perpetue
et mortis filia sempiterne. Illa vero se
deceptam videns et timens ne forte scelus
publicaretur voluit prima per se detegere
clamare cepit quod Eugenius se vo-
luit violare. Abiit igitur ad Philippum prefectum
et conquesta est dicens: Juvenis quidam perfidus
christianus ad medendum ad me ingressus irruit
in me impudenter voluit me viola-
re et nisi unius ancille que in cubiculo mecum
erat fuissem liberata suffragio suo me
libidini sociasset. Audiens hoc prefectus iratus
accenditur et missa apparitorum multitudine
Eugenium et suos quoque ceteros christi famulos
vinctos adduci fecit. Die quoque statuto qua
omnes debebant in ore bestiarum lacerari accer-
sitis et eis secreto seducens ad Eugeniam
dixit: Nobis sceleratissime hic tuus Christus hoc
docuit ut corruptionibus deditus et
matronam impudenter lascivia violares?
Tunc Eugenia demissa facie ne
agnosceretur ait: Dominus noster castitatem docuit
et integritatem servantibus eternam vitam
promisit. Hanc autem Melanciam falsam
testem monstrare possumus. Sed melius
est ut nos patiamur quam quod illa convicta
supplicium et fructus patientie nostre de-
pereat. Ut tamen producatur ad dictam ancillam que dici-
tur sceleris esse conscia ut ex ore eius possit
refutari mendacium. Que cum adducta fuisset
illa domina sua edocta constanter contra Eugeniam ... ...

Iubet quod dictam suam opprimere volu-
it. Omnis de familia illius certatim simili-
ter probare testantur. Ait Eugenia:
Jam tempus tacendi transiit et tempus loquendi
advenit. Nolo ut impudica in suo
Christo crimen opponat nec fallacia glorietur in
christi virtutibus. Sed ut veritas superet sapientiam ma-
liciam vincat. Veritatem ostendam non
pro iactantia sed pro dei gloria et judicio.
Tunicam arripiens usque deorsum scidit et
ad augustum Claudium: Et feminam esse
me dixit quod prefecto: Tu michi pater
Claudia est mater. Fratres hii duo qui
tecum sedent Avitus et Sergius. Eugenia
filia tua. Hii duo prothus et iacinctus.
Quod pater audiens et filiam agnoscere
incipiens in amplexus eius ruere
et lacrimas multas effundit. Euge-
niam vestibus aureis induunt et in alto
levaverunt. Ignis autem de celo venit et
Melanciam cum suis consumpsit. Sic
Eugenia patrem et matrem fratres et to-
tam familiam ad fidem Christi convertit
sed quod pater postea hoc prefectura deposita a christ-
ianis episcopus ordinatur et in oratione persi-
stens ab infidelibus occiditur. Claudia
autem cum filiis suis Eugenia Romam redeunt
et multos ad Christum convertebant. Eu-
genia autem iussu imperatoris ligato
grandi saxo in Tyberim precipitatur. Sed
rupto saxo super undas in columbis
gradiebatur. Tunc in fornacem ardentem
precipitatur. Sed extincta fornace refrigerio
usa est. Trudi in carcerem . . .
autem et lumen splendidissimum radi-
abat. Eidem cum per decem dies sine cibo fu-
isset salvator eidem apparuit et panem
candidissimum ei porrigens dixit: Ac-
cipe de manu mea. Ego sum tuus salvator
tuus quem toto mentis intencione
amasti. Eodem die quo ad terras descen-
di ipse te recipiam. In die igitur natalis

domini speculator invictus et caput eius
abscidit, quae postmodum matri apparuit
et quod die dominica sequeretur praedixit. Veniente
igitur die dominica gladio mortem promeruit.
Sanctus Prothus et Iacinctus cum
ad templum trahentur, oratione simulacrum
comminuerunt et cum sacrificare nollent
capitis obtruncatione martyrium postmodum
compleverunt. Passi sunt autem sub
Valeriano et Galieno circa annos domini CCLVI.

Exaltatio sancte crucis [illegible]
dicitur quia ipsa die fides et sancta crux [illegible]
plurimum exaltata fuit. Sciendum
autem quod ante Christi passionem lignum crucis
fuit lignum vilitatis, quia huiusmodi cruces
de lignis vilibus fiebant; infructuo-
sitatis, quia quamvis in monte Calvariae
plantaretur fructum nullum faciebat;
ignobilitatis, quia supplicium latronum;
tenebrositatis, quia tenebrosum et
sine omni decore erat; mortis, quia
homines morte tradebantur; fetoris, quia
inter cadavera plantabatur. Post
passionem vero fuit multipliciter exaltata,
nam vilitas eius transiit in pretiositatem,
unde dicit Andreas: Salve crux pretiosa etc.
Infructuositas in fructuositatem: Cantica: Ascendam
in palmam etc. Ignobilitas in subli-
mitatem, Augustinus: Crux
quae erat in supplicium latronum transiit
ad frontes imperatorum. Tenebrositas in
claritatem, Chrysostomus: Crux et cicatrices
radiis solaribus in iudicio erunt lucidiores.
Mors in vitae perennitatem, unde cantatur:
Unde mors oriebatur inde vita resurgeret. Fetor in o-
doris suavitatem: Dum esset rex in ac-
cubitu suo nardus mea etc.

De exaltatione sancte crucis

Exaltatio sancte crucis sollemniter
ab ecclesia celebratur, quia
ipsa die fides christiana plurimum ex-
altata fuit. Anno domini DCXV videns
dominus flagellari populum suum per saevi-
tiam paganorum, Cosdroe rex Persarum
omnia regna terrarum suo imperio sub-
iugavit. Ierusalem autem veniens a sepulchro
domini territus fugit, residuam tamen partem sancte
crucis quam sancta Helena ibi reliquerat
asportavit. Volens autem ab omnibus coli
deus, turrim ex auro et argento et interlucen-
tibus gemmis fecit et ibi solis et lunae et stellarum
imagines collocavit et per subtiles et
occultos ductus quasi deus aquam desuper in
fundebat et in subterraneo specu equi
quadrigas trahentes circuibant ut
quasi turrim moverent et tonitruum simularent.
Filio igitur suo regno tradito in tali pha-
no prophanus residet et iuxta se crucem
domini collocavit appellarique se ab omnibus
deum iubet. Et sicut legitur in libro mitrali de
officio, ipse Cosdroe in throno residens tam-
quam pater lignum crucis sibi adiunxit in loco
filii et gallum in loco spiritus
sancti, se vero patrem iussit non nuncupari sine
nomine. Tunc Heraclius imperator exercitum
copiosum colligit et contra filium Cosdroe
iuxta Danubium fluvium dimicaturus ad-
venit. Tandem utrisque placuit ut princi-
pes in ponte super fluvium singulariter congrederentur
et cui victor existeret sine damno
utriusque exercitus imperium susciperet. De-
cretum est autem ut quicumque principem suum
iuvare praesumeret cruribus et brachiis ab-
scisis continuo in flumine mergeretur.
Heraclius autem totum se deo obtulit et sanctae cruci
se devotione qua poterat commendavit. Dimicantibus
igitur diu dedit dominus victoriam Heraclio
dominus, qui victor exercitum contrarium sibi subiugavit
adeo quod universus populus Cosdroe
fidei christianae se subdidit et sacrum baptisma
suscepit. Cosdroe autem ignorabat exitum bel-
li, quia cum ab omnibus odiretur a nemine
intimabatur. Heraclius autem ad eum perveniens et invenit
eum sedentem in throno aureo et dixit: Quia lignum sanctae crucis secundum modulum

Cecilia virgo clarissima ex nobili-
um romanorum genere exorta et ab ipsis cuna-
bulis in fide Christi nutrita absconditum
semper evangelium Christi gerebat in pectore et non
diebus neque noctibus a divinis colloquiis et o-
ratione cessabat suamque virginitatem a domino servari
exorabat. Cum autem cuidam iuveni nomine valeriano
desponsata fuisset et dies nuptiarum insti-
tutus esset, illa subtus ad carnem cilicio erat
induta et desuper deauratis vestibus tege-
batur et cantantibus organis illa in corde
suo domino soli decantabat dicens: fiat
domine cor meum et corpus meum immaculatum ut
non confundar. Et biduanis et triduanis
ieiuniis orans commendabat domino quod timebat. Ve-
nit autem nox in qua suscepit una cum spon-
so suo cubiculi secreta silentia et ita eum allo-
quitur: O dulcissime atque amantissime
iuvenis, est misterium quod tibi confitear si modo tu
iuratus asseras tota te illud observantia
custodire. Iurat valerianus se illud nulla ne-
cessitate detegere nulli penitus prodere. Tunc illa ait:
angelum dei habeo amatorem qui nimio
zelo custodit corpus meum. Hic si vel leviter senserit
quod tu corpus meum polluto amore contingas
statim feriet te et amittes florem tue gra-
tissime iuventutis. Si autem cognoverit
quod me sincero amore diligas, ita quoque dili-
get te sicut et me et ostendet tibi gloriam suam.
Tunc valerianus nutu dei correctus ait: si vis
ut credam tibi, ipsum angelum mihi ostende
et si vere probavero quod angelus sit faciam
quod hortaris. Si autem virum alium
diligis et te et ipsum gladio feriam.
Cui cecilia dixit: Si in deum verum cre-
dideris et te baptizari promiseris ipsum
videre valebis. Vade igitur in tertium miliarium
ab urbe via que appia nuncupatur
et pauperibus quos illic invenies di-
ces: Cecilia me misit ad vos ut osten-
datis mihi sanctum senem urbanum quoniam
ad ipsum habeo secreta mandata que
perferam. Hunc dum tu videris, indica ei
omnia verba mea et postquam ab eo puri-
ficatus fueris et rediens angelum
ipsum videbis. Tunc valerianus pergens
secundum signa que acceperat sanctum urba-
num episcopum intra sepulchra martyrum
latitantem invenit. Cumque ei omnia ver-
ba cecilie dixisset ille manus ad
celum expandens cum lacrimis ait:
Domine Iesu Christe seminator casti con-
silii suscipe seminum fructus quos
in cecilia seminasti. Domine Iesu Christe
pastor bone, cecilia famula tua
quasi argumentosa apis tibi deser-
vit. Nam sponsum quem quasi leonem ferocem
accepit ad te quasi agnum mansuetissi-
mum destinavit. Et ecce subito senex
apparuit niveis vestibus indutus
tenens librum
aureis litteris scriptum. Quem videns valerianus
pre nimio timore quasi mortuus ceci-
dit et a sene levatus sic legit: Unus
dominus una fides unum baptisma unus
deus et pater omnium qui super omnia et per omnia
et in omnibus nobis. Amen. Cumque hoc le-
gisset dixit senior: Credis ita esse an
adhuc dubitas? Tunc exclama-
vit dicens: non est aliud quod verius cre-
di possit sub celo. Statimque illo disp-
arente valerianus a sancto urbano baptis-
mum suscepit et rediens ceciliam
cum angelo loquentem in cubiculo invenit

Angelus autem duas coronas ex
rosis et liliis in manu habebat unam
Cecilie et alteram Valeriano tradidit
dicens: istas coronas immacula-
to corde et mundo corpore custodite
quia de paradiso dei eas ad vos attuli
nec unquam marcescent nec odorem
amittent nec ab aliis nisi quibus
castitas placuerit videri poterunt.
Tu autem Valeriane quia utili consilio
credidisti pete quod vis. Cui ille: nichil est
Valerianus michi in hac vita exti-
tit dulcius quam unicus frater meus affe-
ctu peto ut et ipse mecum veritatem
agnoscat. Cui angelus: placet domino
petitio tua et ambo cum palma mar-
tyrii ad dominum venietis. Post hec in-
gressus Tyburtius frater Valeriani cum
nimium rosarum sensisset odorem ad-
mirans dixit: unde hoc tempore roseus hic odor et lilio-
rum respirat? Si enim ipsas rosas
vel lilia in manibus tenerem nec sic
potentius odoramenta mittere in sua
maiores in suavitate. Confiteor vobis
sic sum refectus ut putem me
totum subito innovatum. Cui Valeria-
nus: coronas habemus quas tui oculi videre
non prevalent floreo colore et niveo
candore vernantes et sicut me inter-
pellante odorem sensisti sic et si
credideris videre valebis. Cui Tyburtius:
in sompnis hec audio? Cui in veritate
tantum loqueris Valeriane? Cui Valerianus:
in sompnis usque modo fuimus sed iam nunc
in veritate manemus. Ad quem Tyburtius:
unde hoc nosti? Et Valerianus: angelus domini
me docuit quem tu videre poteris si purifi-
catus fueris et omnibus ydolis abrenun-
tiaveris. Huic miraculo de coronis
rosarum ambrosius attestatur in prefatione
sic dicens: Sancta Cecilia sic celesti
est dono repleta ut martyrii

palmam assumeret ipsum mundum est cum tha-
lamis execrata. Testis est Valeriani coniugis
et Tyburtii provocata confessio quos domine angelica
manu odoriferis floribus coronasti. Viros
virgo duxit ad gloriam, mundus agnovit
quantum valeat devotio castitatis. Hec Ambrosius.
Exinde Cecilia evidenter ostendit ei omnia ydola
esse insensibilia et muta ita ut Tyburtius re-
sponderet: qui ista non credit pecus est. Tunc Ce-
cilia osculans eius pectus dixit: hodie te fate-
or esse meum cognatum. Sicut enim amor dei fratrem
tuum mihi coniugem fecit, ita te mihi cognatum con-
temptus faciet ydolorum. Vade ergo cum fratre tuo
ut purificationem recipias et angelicos vul-
tus videre valeas. Dixitque Tyburtius fratri suo: obsecro
te frater ut dicas mihi ad quem me ducturus
es. Cui Valerianus: ad Urbanum episcopum. Cui Ty-
burtius: de Urbano dicis qui totiens dampnatus est et adhuc in la-
tebris commoratur? Hic si inventus fuerit cre-
mabitur et nos cum illo flammis pariter involvemur
et dum querimus divinitatem latentem in celis incurrimus
furorem urentem in terris. Cui Cecilia: si so-
la esset vita ista iuste hanc perdere timeremus.
Est autem alia melior que nunquam amittitur quam nobis
dei filius enarravit. Omnia enim que facta sunt fi-
lius ex patre genitus condidit universa autem que con-
dita sunt spiritus ex patre procedens animavit. Hic
igitur filius dei in mundum veniens verbis et miraculis
aliam vitam nobis esse monstravit. Cui Tyburtius: certe
unum deum esse asseris et quomodo nunc tres
esse testaris? Respondit Cecilia: quemadmodum in una
hominis sapientia sunt tria scilicet ingenium memoria et
intellectus sic et in una divinitatis essentia
tres persone esse possunt. Tunc cepit ei de adven-
tu filii dei et passione predicare et multas congrui-
tates ipsius passionis ostendere. Nam ideo
filius dei tentus est ut humanum genus dimitta-
tur; ideo benedictus maledicitur ut homo ma-
ledictus benedictionem consequeretur; illudi se pati-
tur ut homo ab illusione demonum libere-
tur; spineam coronam accepit in capite ut a
nobis sententiam auferat capitalem; felle

In corpore animam· ut saluatorem hominis
cognitum explicat· ut perenni incorruptam
dignitatem optat· et ligno suspendi uol-
gm preuaricationes tollat· Cum tiburtius dixit
domine iubere me et duc me ad hominem
ut purificatus accipiam donum gratie· et prestitam
angelos dei semper uidebis et omnia que petieris
tunc paratus optinebis· Valerianus gratias egit
cuius misericordias et sanctorum· cum quo almachius
prefectus omnes sepulture dederunt· Quos
almachius ad se uocans cur punitos sceleribus
dampnatos sepeliretis interrogauit· Cui tiburtius
utinam illorum serui essemus quos tu dampnatos
appellas qui contempserunt quod uidetur esse et non
est· inuenerunt quod est et quod non uidetur
esse et non est esse quod nullus nunc uidet est quod homo
ad nos esse paratur· Cui almachius· non esse
est uitam mellitam et peruia malorum· Cum tiburtius
non puto quod mentem malo loquitur· Tunc ubi
audiuit ualerianum dicens ei quia non est sanum
capud frater tuus· tu saltem potes sapienter dare
te responsum· constat plurimum uos errare qui
gaudia respuitis et omnia inimica gaudiis
affectatis· Tunc ualerianus se uidisse
ait glaciali tempore otiosos iocantes et op-
erarios agricolas deridentes sed estiuo
tempore cum ad uenissent gloriosi fructus laborum
gaudentibus illis qui putabantur· sed cepe-
runt flere qui uidebantur urbani· et nos
nunc quidem sustinemus ignominiam et laborem
in fructu autem recipiemus gloriam et eternam
mercedem· uos uero qui nunc transitorium habetis
gaudium inuenietis eternum
luctum cum peruenerit· Ergo nos inuicti prin-
cipes eternum habebimus luctum et nos inlusione
persone eternum possidebimus gaudium
Cum ualerianus hanc subiceret ecce nos princi-
pes qui non uana amamus· mortuum et deo
complures omnibus reddiderunt dicit quod prestat
quod illorum dampni in morem eius ... dare
libamina et illesi abscedite· Sed tu dicitis
nos deo sic cotidie sacrificium exhibemus deo

patris· quod est nomen eius· Cum ualerianus
dixit· eius inuenire non poteris et si pen-
nis uolaueris· prefectus dixit· ergo in pre-
tio dei non est· Cum ualerianus· nomen hominis
et nunphatur est· ad quod almachius· ergo
totius mundi error et tu cum fratre tuo
deum nosti· ualerianus dixit· tu solus
non sumus quod innumerabiles amittunt
hanc sanctitatem recipit· Tandem gratia sancta
in custodia mittitur quibus ille ait·
Omnem uenit flos iuuentutis· quomodo
uiam cur festinantes affectus aulo
ad mortem quia ad epulas festina-
tes· Cum ualerianus· et si credimus
se penitentes gloriam animarum corporis
mortem uidere et magnis fulguribus
igneis consumari si non illum solum
deum confiteretur quem adorantes sancti
gens quod dicitis· Tunc gratia maximus
et omnis eius familia ac uniuersi
carnifices crediderunt et a sancto ur-
bano qui illuc occulte uenit bap-
tismum susceperunt gratia domini· Aurora
finem dante cecilia exclamauit
dicens· Eya milites christi· abicite
opera tenebrarum et induamini arma
lucis· Certo ac uinculorum ab urbe
sed ad statuam iouis ducti et omnino
sacrificare nollent ambo pariter de-
collantur· Tunc maximus cum iuramento
asserit se in hora passionis eorum
angelos uidisse fulgentes et animas eorum
quasi uirgines de thalamo exeuntes quas
in gremiis suis in celum angeli deferebant·
Almachius uero audiens maximum
christianum esse factum eum plumbatis tam
cedi iussit· cuius corpus sancta cecilia
iuxta corpus ualeriani et tiburtii sepe-
liuit· Tunc almachius eorum facultates
cepit inquirere et ceciliam tanquam
ualeriani coniugem coram se fecit assi-
stere iussit quod non fecit imolare aut

[.]niam morti acciperet. Illi autem ad hoc ab carnificibus mitterentur. Et illi venerunt flentes eo quod puella tam decora et nobilis ultro se morti traderet. Dixit ad eos: Hoc non est juventutem perdere sed mutare, dare lutum et accipere aurum, dare vile habitaculum et accipere preciosum, dare breve angulum et accipere forum perlucidum. Si quis vobis pro nummo solidos daret, nonne velocius festinaretis? Deus autem qui accepit pro simplo reddit centuplum. Creditis his que dico? Et illi: Credimus Christum verum deum esse qui talem possidet famulam. Vocato igitur Urbano episcopo quadringenti et amplius baptizati sunt. Tunc Almachius sanctam Ceciliam ad se vocans ait: Cuius conditionis es? Et illa: Ingenua sum et nobilis. Cui Almachius: Ego te de religione interrogo. Et Cecilia: Interrogatio tua inicium stultum sumpsit, que duas responsiones una putat inquisitione concludi. Cui Almachius: Unde tibi tanta presumptio? Et illa: De conscientia bona et fide non ficta. Cui Almachius: Ignoras cuius potestatis sim? Et illa: Potestas vestra est quasi uter vento plenus, quem si acus pupugerit, omnis protinus rigor prolabitur et quicquid rigidum in se habere cernitur incurvatur. Cui Almachius: Ab iniuriis cepisti et in iniuriis perseveras. Et Cecilia: Iniuria non dicitur nisi cum verbis fallentibus irrogatur. Unde aut iniuriam doce si falsa locuta sum, aut te ipsum corripe calumpniam inferentem. Sed nos scientes sanctum dei nomen omnino negare non possumus. Melius est enim feliciter mori quam infeliciter vivere. Cui Almachius: Ut quid cum tanta superbia loqueris? Et illa: Non est superbia sed constantia. Cui Almachius dixit: Infelix, ignoras quia vivificandi et mortificandi michi est tradita potestas? Et illa: [...]

[...] potestas. Et illa quod mentitus es publicum probare possum. Vitam enim tollere viventibus potes, mortuis autem vitam dare non potes. Es ergo minister mortis non vite. Cui Almachius: Jam depone amentiam tuam et sacrifica diis. Cui Cecilia: Nescio ubi oculos amiseris. Nam quos tu deos dicis omnes saxa esse videmus. Mitte ergo manum tuam et tangendo disce quod oculis videre non vales. Tunc iratus Almachius eam ad domum suam reduci jussit ibique tota nocte et die jussit eam in bullienti balneo concremari, que quasi in loco frigido mansit, nec modicum saltem sudoris persensit. Quod cum audisset Almachius, jussit eam in ipso balneo decollari. Quam spiculator tribus ictibus in collo percussit, sed caput ejus amputare non potuit. Et quia decretum erat ne quartus ictus decollandus acciperet, eam semineciam cruentus carnifex dereliquit. Per triduum autem supervivens omnia que habebat pauperibus tradidit et omnes quos ad fidem converterat Urbano episcopo commendavit dicens: Triduanas mihi inducias postulavi ut hos tue beatitudini commendarem et hanc domum in ecclesiam consecrares. Sanctus autem Urbanus corpus ejus inter episcopos sepelivit et domum ejus in ecclesiam sicut rogaverat consecravit. Passa est autem circa annum domini CCXXIII tempore Alexandri imperatoris. Alibi tamen legitur quod passa est tempore Marci Aurelii qui imperavit circa annum domini CCXX.

De sancto Clemente.

Clemens dicitur a cleos quod est gloria et mens, quasi mens gloriosa, scilicet mundata ab omni sorde, ornata omni virtute, decorata nunc omni felicitate. Cuius felicitas consistit in his, sicut dicit Augustinus in libro de civitate dei, quia ibi nullum nos vitium habebit, nullum nolle, non habebit omnino, vel dicitur a clemens quia clementissimus valde fuit. Et dicitur clemens inde vel a dulcis, sermone maturus, in equitate plus [...]ire, bonitate ejus vita, ipse in suo itinerario mittit maria usque ad ullum locum [...]

semivivam

negare

tis pape. i. plenitudinem sanctitatis successive [illegible] beati
ex eius gestis quod legitur sumitur. De [illegible]

De sancto Clemente

Clemens episcopus ex nobili Romanorum genere ortus est, pater eius Faustinianus, mater vero eius Macidiana mater appellata est, habuit quoque duos filios, quorum unus Faustinus, alter Faustinianus dicebatur. Cum autem Macidiana mater eius mira pulchritudine polleret, frater viri sui libidinoso amore in eam vehementer exarsit. Cum in eam cotidie molestaret et ipsa ei nullatenus assentire vellet, sed et viro suo hoc revelare timeret, ne inter duos fratres inimicitias suscitaret, cogitavit se per aliquod tempus se ad patria absentare donec illicitus amor conquiesceret, quem aspectus sive ipsius praesentia inflammaverat. Ut autem hoc a viro suo optime valeret impetrare, callide confinxit quod mirabile somnium vidit dicens: Vir quidam mihi in visu astitit iubens et praecipiens, ut cum duobus geminis, scilicet Faustino et Faustiniano, ex urbe discederem et tamdiu abessem, donec ipse mihi reditum imperaret; si non facerem, simul cum omnibus interirem. Quod vir audiens vehementer expavit ac uxorem cum duobus filiis et familia multa Athenas misit, ut ibi manerent et filios facerent erudiri, minorem autem filium scilicet Clementem, qui erat annorum quinque, sibi pro consolatione retinuit. Cum autem mater cum filiis navigaret, nocte quadam navis naufragium passa est et mater sine filiis a fluctibus erepta est. Sed quod carissimi eius duo natos periisse considerans pro nimio dolore in mare se proiecisset, si [illegible] quod saltem eorum cadavera se reperturam speraret. Ac vivos nec mortuos se reperire non posse cognovit, clamores et ululatus magnos dabat, manus suas morsibus lacerabat nec ullam consolationem ab aliquo recipere volebat. Cum autem multe mulieres ei quasi sua infortunia eidem narrarent, ut illa ex hoc consolationem reciperet, [illegible] nec certius quod vir suus adolescens nauta in mari periisse asserit et ob eius amorem post mortem nubere recusavit. Haec [illegible] recepit, quae ex tunc cum ea solo opere proprio manebat et cotidianum victum suis manibus cotidie requirebat. Sed non multum post manus eius, quas crebris morsibus laceraverat, [illegible] et [illegible] effecte non poterat [illegible], ita ut eis opus illud quod [illegible] suscepit [illegible] et delectos [illegible] non valebat. Sic quoque Macidiana mendicare compulsa est et ipsa cum hospite [illegible] quae inveniri poterat [illegible]. Completo quoque anno quo Macidiana cum filiis discesserat, pater misit Athenas [illegible] ut ipsos requirerent et quid agerent nuntiarent. Sed illi qui missi fuerant nullatenus redierunt. Deinde quoque alios misit, et illi redeuntes se nullum vestigium reperire nuntiaverunt. Clementem filium suum tutoribus derelinquens, ipse ascendit navem ut uxorem cum filiis quaereret, sed nunquam rediit. Viginti quoque annis Clemens orbatus stetit nec de patre vel matre vel fratribus aliquod indicium invenire potuit. Ipse autem Clemens studiis litterarum se contulit et summum philosophiae apicem assequi diu desiderabat, quod vehementer studio se quaerebat. Quomodo autem immortalitatis [illegible] posset? Ob hoc philosophorum scolas frequentabat [illegible] et quod animam immortalem esse comprobaret gaudebat, si autem eam mortalem esse concluderet, tristis recedebat. Deinde cum Barnabas Romam venisset et fidem Christi praedicaret, philosophi eum tamquam insanum et amentem deridebant. Et quidam quamvis in quadam sententia Clemens philosophus, ut creditur primo sicut alii philosophi deridebat et eius praedicationem contemnebat. Tale quoque per derisionem Barnabae fecit dicens: Cum culex sit animal exiguum, quid est quod sex pedes habet et insuper alas possidet? Elephas autem ingens

Marginal notes: adhibuit

Elephas a'? sic al' imagine
[illegible] alas possidens [illegible]

tunc quomodo videre per fatale posse. Sed in-
tantis cum discedendi que te videns. Sed nunc
de ceteris nobis dicere aliquid assimilo est.
Cui a nobis ceterarum [illegible] ignorare quod
cum creatorem non cognoscimus nimium est in-
certis erectus. Hiis igitur auditis Clemens phi-
losophie [illegible] relicta fide et instructus a Bar-
naba recepto in Iudeam ad Petrum pervenit
et [illegible] quod ille de fide et unitate et
anime immortalitate evidenter edocuit. Eo
tempore Simon magus duos discipulos
habebat, scilicet Aquilam et Nicetam, qui eius fallacias
cognoscentes eum relinquunt et ad Petrum
confugientes eius discipuli efficiuntur. Cum autem
Petrus Clementem de sua progenie interroga-
ret, eo ille quid matri et fratribus et patri acciderit
per ordinem enarravit. Addidit quod crede-
bat quod mater cum fratribus in mari periisset, pa-
ter autem dolore aut [illegible] periisset.
Quod audiens Petrus lacrimas continere
non potuit. Clemens autem cum Petro discipulis
suis Antaradum venit et inde ad insulam per VI milia
distantem in qua Mathidiana mansit.
Clemens [illegible] vitree [illegible] angelico
[illegible] mire magnitudinis [illegible]
quas cum Petrus cum ceteris miraretur, videntes ipsam
mendicantem, Petrus [illegible] manibus
operaretur increpavit. Que respondit: Ego quidem manum
dumtaxat habeo, sed ita morsibus debili-
tate sunt ut omnino insensibiles esse videantur,
atque utinam me in mare precipitassem
ne viverem. Cui Petrus: Quid est quod lo-
queris? Nescis quia anime eorum qui se interimunt
graviter puniuntur? Et illa: Utinam certa
essem quod anime post mortem viverent, libenter
me interimerem, ut vel una hora
dulces natos meos videre possem. Cumque
Petrus ab ea causam tristitie inqui-
reret, et illa ei ordinem rei geste
narrasset, ait Petrus: Est quidam adoles-
cens apud nos nomine Clemens qui ea
que refers matri et fratribus asserit ac-

cidisse. Quod illa audiens nimio stupore
perculsa corruit. Cumque ad se rediisset, ipsa redi-
ens cum lacrimis ait: Ego sum adolescentis
mater. Et procidens ad pedes Petri eum rogare
cepit ut filium suum festinanter ostendere
dignaretur. Cui Petrus: Cum adolescentem videris, paulisper
dissimula quousque ab insula cum navi
egrediamur. Quod cum servaret, Petrus te-
nens manum eius ipsam ad navem
venit ubi Clemens ducebatur. Videns autem Clemens
Petrum mulierem ducentem ridere cepit.
Mox autem ut mulier iuxta Clementem fuit, se con-
tinere non potuit, sed statim in amplexus eius
ruit et crebro osculari cepit. Quam ille cum
quasi insanientem mulierem cum indignatione re-
pelleret et adversus Petrum cum indignatione
modica moveretur, cui Petrus: Quid agis, fili
Clemens? Noli repellere matrem tuam. Quod cum
audisset Clemens lacrimans in faciem suam matrem
iacentem conspicit et eam cognoscere cepit.
Tunc ad preceptum Petri hospita eius que paralitica
iacebat adducitur et ab eo continuo liberatur.
Tunc mater Clementem de patre interrogat. Et
ille: Ad te querendum ivit et nunquam rediit.
At illa audiens solum modo suspiravit; nimio gaudio
filio invento gaudium huius reliquos
consolabatur. Interea cum Niceta et Aqui-
la absentes redeuntes mulierem vidissent,
quenam hec mulier percunctantur. Quibus Clemens
ait: Mater mea est quam michi Deus redonavit
per dominum meum Petrum. Post Petrus cuncta eis per ordinem
enarravit. Que cum audissent Niceta
et Aquila subito surrexerunt et stupefacti contur-
bari ceperunt dicentes: Dominator Domine Deus, pla-
ne verum est hoc vel somnium est quod audimus? Cui Petrus:
Si non insanimus vera sunt. At illi faciem confricantes aiunt:
Nos sumus Faustinus et Faustinianus quos mater nostra
existimat in mari periisse. Et accurrentes
in amplexus eius ruunt et eam crebris
osculis [illegible]. At illa ait: Quid vult hoc esse?
Ad quem Petrus: Isti sunt filii tui Faustinus et
Faustinianus quos in mari periisse putabas.

[G]audentium inter pre nimio gaudio dicta mater autem
eis tamen cernitur et postquam ad se reversa ait vob-
is vos filii dilectissimi narrate mihi quomodo
evaseritis. Qui inquiunt: Cum navis fuisset
revoluta et nos super quamdam tabulam nataremus
quidam nos pirate invenientes in istam
naviculam posuerunt ac mutantes nomina
cuidam nos honeste matrone nomine Iuste vendide-
runt que tamquam filios nos habuit et liberalibus
artibus nos erudiri fecit. Tandem philosophie operam
dedimus et Symoni cuidam mago nobis
adhesimus. Cum autem eius fallaciam cog-
novissemus et per discipulum Zacheum effecti
sumus. Sequenti die assumptis tribus fratribus scilicet
Clemente et Aquila et Niceta ad quemdam
secretiorem locum orationis gratia descendit
Petrus. Venit quidam senex. Sed cum primum
alloqui cepit dicens: Video fratres quod ob spe-
ciem pietatis vos exercere considero necesse
it deus est nullus nec aliquid est providentia
in mundo sed fortuitus casus et gene-
sis omnia agunt sicut et ego ex me ipso ma-
gis scio quam ceteri in disciplina mathesis
preceptis eruditus. Noli ergo errare. Tibi enim
orare sive non genesis continet nos
esse. Clemens autem cum respiceret mox prius
calumniari et scire enim ad indisse videbit
Cumque de mandato Petri Clemens Aquila
et Nicetas cum eo diu ante disputasset. Cum
obtentu reverentie crebro patrem nominarent et
Aquila quid necesse est nos eum patrem nominare cum
in mandatis habeamus ne nominemus super terram
patrem vocare. Et postea respiciens ad senem
ait: Ne in iniuriam accipias pater quod frater meus
arguit quod te patrem nominamus. Habemus enim
tale mandatum ne alicui nomen istud imponamus.
Cum autem Aquila hec dixisset risit omnis assistentium
cetus una cum sene et Petro. Et cum ille causam
risus inquireret dixit ad eum Clemens quod fa-
cis id de quo alios culpas senem patrem
nominando. At ille negabat dicens: Ve-
nescio si eum patrem nominavi. Verum cum

[S]atis de providentia disputatum esset senex
dixit: Crederem utique providentiam esse sed ipsa
conscientia prohibeor huic fidei accommodare
consensum. Scio namque genesim coniugis mee gene-
sim et scio ea que unicuique nostrum dicta fuerunt
genesis accidisse. Audite genesim coniugis
mee et invenietis secundum eam eventum
evenisse. Habuit namque in genesi Martem cum Venere super
centrum lunam in occasu in domo martis
et finibus saturni quod facit adulteras
facit et servos proprios amare in peregre
nationis ... quod ita factum est incidit
namque in amorem servi et periculum obpro-
brium metuens cum ipso aufugit et in mari
periit. Nam sicut frater meus retulit quam primo
adamavit sed cum ipse ei assentire nollet
in somnium libidinis amorem convertens
cum ei interpretando quod eam genesis fecit
cum proprio viro ... quo scripsimus ...
xit et cum liberis Athenas vadens naufra-
gio periit. Cum filii eius cernerent velle
in eam irruere pluries Petrus dicens: Quid si
te in uno adiunxisse ... perseveret
hodie coniugem cum castissima cum
tribus filiis consignavisses crederes quod genesis
sis mentiatur. Cum ille sic impossibile
est exhibere quod primum tibi ipse est ex
genesim aliqui fieri. Petrus ei ait: Ecce
iste est filius tuus Clemens et hii duo gemini
tui Faustinus et Faustus. Tunc senex resolutis
membris cecidit et quasi exanimis factus
est. Filii eius irruentes in eum osculabantur verentes
ne spiritum revocare posset. Tandem ad se
rediens omnia ut acciderant per ordinem
audivit. Tunc subito uxor advenit
dicens cum lacrimis clamare cepit:
Ubi est vir meus et dominus meus? Cui ita quasi amens
clamanti senex occurrit et cum
multis lacrimis amplecti constringere
eam cepit. Dumque simul manerent
adveniunt quidam nuntiantes Appionem
et Ambionem Faustiniani amicissimos

cum Symone mago hospitium decrevit.
Adveniens autem Faustinianus valde gavisus est
ad eos visitandos venit, et ecce nuntiant ei
qui dicerent: minister cesaris Antiochiam advenit
sed et magos omnes querit et morte punit.
Tunc Symon magus in odium filiorum qui ipsum
reliquerant vultus sui similitudinem in Faustinianum
impressit, ut non Faustinianus sed Symon ma-
gus ab omnibus putaretur, et hoc fecit ut a ministris
cesaris caperetur et loco sui teneretur. Ipse vero Sy-
mon de partibus illis abscessit. Cum autem Faustini-
anus ad Petrum et filios rediisset, expavescen-
tes filii vultum Symonis in eo intuentes et
vocem autem patris sui audientes, solus autem Petrus
erat qui vultum eius naturalem videbat. Cum
autem filii eius et uxor eum fugerent et execrarentur,
dicebat eis: cur patrem vestrum execramini et refugitis?
Petrum videntes. Qui dixerunt: quia in eo vultum
Symonis magi ap-
paret. Cum fecisset enim Symon quoddam unguen-
tum et faciem eius perunxerat et vultum suum arte
magica impresserat, ipse igitur lamentabatur
et dicebat: quid mihi misero accidit, ut nec una
die recognitus ab uxore et filiis letari
non potuissem cum eis? Uxor vero capillos lace-
rans et filii plurimum flebant. Symon autem ma-
gus dum adhuc esset Antiochie, Petrum in plebe
infamaverat, magum maleficum et homi-
cidam eum dicendo, et in tantum adversus Petrum
plebem concitaverat ut ipsum invenire plurimum
affectarent et carnes eius dentibus lania-
rent. Dixit igitur Petrus Faustiniano: Quoniam
quidem Symonis magi esse videris, perge An-
tiochiam et coram omni populo me excusa
ac si Symon esses, dic: Ego Symon recito
palam: Ego Antiochiam veniens, ego ho-
minem hunc vultum esse fingebam et Pe-
trum coram omni populo reddidi, licet nullo
modo credendum non est quod vos per invidiam
incitavi. Credentes non indigeatis vero
metuo. Hoc invenitur Clemens in quo
libro scriptum est quod apocrifum est nec credendum

placet. Illa autem pene credendum in aliquibus. Impetravit
dum post quam Petrus sic diligenter. Plurimum
considerat non solum in Symone magi
se esse dicebat, sed in populo effigiam faciei supradictam
ostendit. Cum videret Petrum expertus Symonis magi
machinationes et nulla conditione revocant illum,
dixit se esse Symonem, non tamen ad virtutem
sed quantum ad apparentiam. Ad dixit: Iam Faustinianus
dicitur. Ego Symon, et cetera. Sed de cetero
tanquam apparentiam modo esse Symonem. Tunc
igitur Symon simpliciter predicavit. Post clemens
Antiochia et populum convocavit dicens: Ego
Symon annuncio vobis et confiteor omnia fefel-
lisse. De Petro nec quicquam non est seductor
vel magus, sed ad salutem mundi missus.
Quapropter si quis seductorem et maleficium repellatis
Petrum, et penitentiam ago quod me maledi-
xisse agnosco. Moneo igitur vos ut ipsi cre-
datis ne vos et civitas vestra simul pereatis.
Cum hoc omnia coram Petro vicesimo completisset et
amorem Petri populum excitasset, Petrus ad eum
venit et oratione facta effigiem vultus Symo-
nis ab eo penitus effugavit. Populus Anti-
ochie Petrum benigne et cum multo hono-
re recepit et ipsum in cathedra sublimavit.
Quod audiens Symon illuc properavit et populum
convocans dicit: Cum vos salu-
bribus instruxerim et ad seductorem Petrum
amice monui, nos ipsum non solum
dimisistis, sed etiam in cathedra sublimastis.
Tunc omnes cum furore adversus eum dixerunt:
monstrum, vos sibi esse vultum dicebatis tunc te peni-
tuisse dicebas, et nunc et te et vos precipitare
cogitaris. Et in Petrum leonem frementes irruentes
ignominia eum pepulerunt. Expressissime hoc omnia
clemens de se ipso narrat et hec interpositione
ibidem inseruit. Post hec autem Petrus Romam venit.
Et sicut in passione invenitur, Clemens
denique post se ipsum ordinavit in suum
successorem. Quod si ita est, quomodo Clemens
vero primo post Petrum tenuerit in successione, et Petrus
hoc exemplum videns ...

eq lā̃ dīuate suiacum deum po suc̄ li
no succeslic. 1 post mod' cleto s̄lo̅ nlli
uullus alfirmant q' lin' et cletus nō
fuimo summi pontifices s; tm̄ ꝑet'
apli quo ad intores ꝑp qd' marchologo
ꝑontificaī niuen̄ annari post hoc ex
clemēs eligi' t ꝑsidē co ꝑfellit' amm mor
arumunto pollebat ut iudei t gē ulib'
omnib; x'ams ꝑlic cōplacet singl'ar
mores religiomi noīati scptos hē
bat t quos ꝑ̄pri sit̄ficaret cm̄ danlac
nō sin elnc publice fl' rīdiamm ibie
ctor ai ss̄ dominice Lla' Ugme nepte;
domiaam ipaton satio uelammie
glecrasset t theodoram uxorē sisinnai
ci ampiiic adfide m cōuiath; t castitatē
ꝑposito manere ꝑmiclet sisinī' zelo duc
t' eam post uxorē suam oaclte i
tuuc sare uolet ꝑp qd' illa sic eam
fre q̄'tartet ac s' aīsō clemite orō sum
ē t astās. ursum ē amen sisinni' cetns
t surd' ꝑemt' sit ē q' tunc ꝑmc suns
dix'. Cito me tollite t foras eitutc ꝑuuat
ꝑ̄rtorum eam eum guabat. S; adia
unas ꝑueme nō ꝑoterat. Qc ai in
diu; chodora sic errantes ꝑmo qdi
ab eis declinauit ꝑutans qd' uir sinu
eam cognoste potu; . post mod' cdua
h' cētt eos interrogauit qui dixerunt
dn̄c m' umlo ure t audite qd' nō h;
cetns t surd' fuit ett. Tuc illa i orōne
sedēdic. deꝑcans ut uir suus ineunte
pot; 1 post orōm duio ꝑmc stet nō
t ꝑonatre dum tum ad domū. Eni; abi
isteut chodora scō clemiti quid accidit
indicauit. Tuc scis rogatu theodore
ad eum uenit t ipm̄ inuenit aptis
ocūis nil uidētē t nil ꝑeit' audiētē
Eui; clemens ꝑeo orati; t ille audi
tū t lumē recepisset uidēs clemitē ui̇c
uxorē suā stante auic cāsus t se illu
sū magicas artib; sinquirit ꝑcepio q;

S̄ms suis ut teuē clemitē dicēs
ut ingredēr' ad uxorē meam me
magicas artib; excecauit ꝑcepit
q; tūūs ut clemitem ligarēt t liga
tū trahēnt ac illi ligauterunt columpnās
iacētes 1 sam ꝑutabāt sic t' sisinno
uidebat' q' scm̄ clemitē cū suis clicis
trahēt t ligarēt. Tūc cle. sisinno a'
q̄; saxa dos dicas saxa t' hec uidimus
a' h' ē eū ligatū existimas aut. Cōuo
m'chia fmac. Clemēs a' absēdēs
chodora rogauit ne ab orōne cessa
ret donec dn̄s uir' sun' uisitaret
orant g' chodore ꝑetrus apo' appā
dicēs ꝑp te uir tuus saluabē ut iple
a' q' dixit fr' meus paul' saluabitur
ifidel' ꝑ mulēz fidelem t h' dicens ab
scessit. Stati sisinn' uxorē suā ad se
uocauit obsecrans ut ꝑ se oraret t scm̄
cle. ad se uocaret. Cum aū uenisset ipm̄
fide instruxit t eū cū . cccxiii . de domo
sua baptizauit t ꝑ ꝑlurū ꝗ sisinnū mlt̄
nobiles t amica vne īꝑatoris dō t' e
diderunt. Et omīs sattor ꝑꝑiauimus
tis dedit t ꝗ sacti clemitē seditōm mag
mas excitauit. Tuc maminn' urb ꝑ
fect' ꝑp'li seditōm magnam nō ferens
excitauit ad se clemitē t ad dūo bec
q̄ cū redarguit; t ad se īclinare acteam
ret ille aut optemem te ad rōm ac
cede. Nam si canes mulu ꝗ nos lacta
ut t morsib; act' teneant sanct qd h;
nob' possut auferre q' nō sum' rōna
biles hommes s; ipi irrōnabilēs
canes sedi a' ab ipīus ozam oriūdie
se inchoāre cetum ut' Bm. Tuc ma
ximm' de eo traiano ipi scr' beneriti
acepit a' d' cr sacrificaret aut cūc
ꝑontū mare q' adiacet cherimani cio
ne ipm̄ me exiliū mitteret. Tūc ꝑ
fect' clemēti ait lacrimis aio deus tui q'
pē col' ipē te ad iuuet ꝑ fect' s' ei manē

[I]tribuit et omnia navali ministerio. Cum(que) multi clerici et laici eum in exilium secuti sunt.

Clemens in insulam veniens invenit plus quam duo milia christianorum qui ibi iam diu ad secanda marmora deputati erant. Qui videntes sanctum Clementem in fletum et lacrimas prorumpunt. Quibus ille consolans ait: Non immerito dominus me ad vos misit ut corone vestre particeps essem. Et cum ab eis didicisset quod a sexto miliario aquas suis humeris deportarent, dixit eis: Oremus dominum nostrum Jesum Christum ut confessoribus suis fontem in loco isto aperiat et qui percussit petram in deserto sinai et fluxerunt aque in habundantia, ipse nobis latentem aquam exhibeat, ut de eius beneficiis gratulemur. Cum ergo oratione completa hinc inde circumspiceret, vidit agnum stantem qui pede dextro erecto quasi locum episcopo ostendebat. Et intelligens dominum Jesum Christum esse quem solus ipse videbat, perrexit ad locum et dixit: In nomine patris et filii et spiritus sancti in isto loco percutite. Sed cum nullus circa locum in quo agnus steterat contingeret, accepto breui sarculo levi ictu sub pede agni percussit et statim fons speciosus erupit et in flumen crevit. Tunc cunctis gaudentibus Clemens ait: Fluminis impetus letificat civitatem dei. Ad hanc famam multi confluxerunt et una die plus quam quingenti ab eo baptismum susceperunt et idolorum templa destruentes per totam provinciam infra annum lxxv ecclesias construxerunt. Post hos autem tres annos Traianus imperator, qui cepit anno domini c.ii, hoc audiens ducem illuc misit. Qui cum omnes libenter mori conspiceret, multitudini cessit et solum Clementem ligata ad collum eius anchora in mare precipitavit dicens: Iam non poterunt ipsum pro deo colere christiani. Omni autem multitudine ad litus maris existente, Cornelius et Phebus discipuli eius cum omnibus orare preceperunt ut dominus corpus sui martiris eis ostenderet. Statimque mare per tria milia recedente omnes per siccum ingressi invenerunt in modum templi marmorei habitaculum a deo paratum et in theca corpus sancti Clementis et anchoram iuxta eum. Revelatum est autem discipulis eius ne inde tollerent corpus eius. Omni anno tempore passionis eius per vii dies per circuitum mare recedit et siccum iter ad venientibus prebuit. Quodam vero anno, cum ad sollempnitatem mulier quedam cum filio suo parvulo ad locum accessisset, completis festivitatis sollempniis cum populo obdormivit puer in maris unda. Mulier autem ad sonitum fluctus redeuntis expavit et filium oblita cum reliqua multitudine ad ripam aufugit. Que postmodum filii memor cum eiulatu nimio flebat et usque ad celum lamentabiles voces dabat ac plorando clamans et eiulans discurrebat si forte filii corpus ad litoribus eiectum videret. Sed cum ei omnis spes deficeret, ad domum rediens toto illo anno in fletu et merore duxit. Anno igitur sequenti aperto mari omnes ante pergens ad locum properavit si forte de filio aliquod vestigium invenire possit. Cumque ergo ad tumulum sancti Clementis se in oratione dedisset, surgens vidit in eodem loco in quo reliquerat dormientem, exurgentem quem defunctum crederet; putavit quod sibi corpus collectum ex mare. Sed cum eum dormientem cognovisset, excitatum velociter et pluribus inspicientibus in ulnis levavit. Ubi tanto anno fuerit requisitus, ille autem se nescire respondit nisi quod spatium unius noctis quievisse suaviter dormisse putabat. Leo ostiensis episcopus sic ait: Cum sanctissimi Clementis corpus reliquie beati Clementis prope Romam afferentur cum ingenti universorum congregatione, ... vir quidam in fluctibus ut magne... Refert hostiensis episcopus quod tempore...

michaele imperatore romanum regebat imperium
sacerdos quidam dei nomine philosophus qui ob scientiam inge-
nii a pueritia sibi sic nomen acceperat, a constantinopoli
perveniens et de hiis que narrantur in historia
clementis huiusmodi certior interrogavit; sed advene
potius quam indigene erant se nescire penitus ...
Siquidem miraculum maris ... recessus ob
culpas inhabitancium iam diu cessaverat et ob
ingressum gentium barbarorum ipse locus
recessus, vetustate templi destructi, fui-
at, et archa cum corpore inter maris fluctibus ob-
ruta erat ... culpis inhabitancium sic, quo
mirabilis philosophus accedens ad civitatem nomine
georgiam cum episcopo et clero et populo accessit ad
querendas sanctas reliquias ad insulam in qua esse
martiris corpus credebatur. Et cum ibi superius
terrionibus fodientes divina revelatione
invenerunt corpus et anchoram cum qua fuerat in
mari precipitatum deportantes. Cum ergo corpus
predictus philosophus cum clericis et omni populo
et multis cum sic venerationis in eius ecclesia que nunc dicitur
sancti clementis, omni honorificentia collocatum fuit,
in quo diu et diu miracula fecit; quia mari in loco illo
ex sic tempore ab eo anulo in orationem episcopum
romanum facta est.

De sancto grisogono

Grisogonus in custodiam a Diocletiano in carcere re-
cludi, ubi sancta anastasia eum alimo-
niis fovebat. Cui grisogonus anastasie namque christi-
anissima matronam posuit: grisogono con-
fessori in diversis laborans, tunc hec scripsit diversa scripsit:
Confessori christi grisogono anastasia. Sacrilegi
virgini maritum sustinens. Cum dominus inmittat
choros nuptialium fui iam ... declinans die nocti-
que cum illo, ut christi amplector vestigia. Cuius per-
monium meum ex quo ille maritus est ... dignitate
ac eius pibus fabulas ex his tamquam magicam
sic veluti magicam atque sacrilegam custo-
dit; ergo similis meam eam unam ... nunc me vivere
temporalem, anima crucis tollam sine morte ... nisi me
nisi nec anima spiritus mortis sumpsi bibi in
quo moriar honesta gloria. Cui vero mea me valde
conterebat quod opes meas qui deo devoveram ac pro-
bus consumit. Vale homo dei et memento
mei. Cui grisogonus rescripsit: Cave ne conturbet
te quod contra pie viventi in te adversa
non decipis. Sed probaris, et ideo ad te filiam
ipsius concurrit, quia post noctis tenebras flo-
rentis luminis dei apparitura et post glaciei
frigora aurea et quieta serena succedunt.
Vale, et ora pro me. Dum autem beata ana-
stasia sic in custodia artaretur ut vix uncia panis
eis daretur, cum iam diu esset et iam moriendam se mori-
tur, sancto grisogono epistolam in hec verba
scripsit: Confessori christi grisogono anastasia. Finis corpo-
ris mei instat et ut egrediente me
anima ipse suscipiat, propter cuius amorem in
tantis in hec ex ore hominum nec rule regno
... Cui ille rescripsit: Semper lumen tenebre
antecedunt, sic et post infirmitatem sa-
lus reddita et vitam post mortem promitti ...
bus fine concluduntur et ad ... ...
... ipsa nescit tristibus desperatio ul' letis
elatio ... unum mare est in quo navicule
corporum nostrorum fluitant et ... unius corporis
gubernatore nostre naves vacillant;
alie quondam naves fortibus catenis
navium nexibus solidate aequora scrutantur cum
ad portus fluctibus illese perveniunt; ... ...
fragilis invecta lignis et trucidata illo
in morte consimilis cursum ... ... in
...la cum trophea ... vite ...
et te per omnia ... ad opus dei. Igitur diocletianus
... ad se Grisogonum ... per ... ...
occidere ... grisogono ... ...
... apud ... ... presente ...
consulatum ... ...
Grisogonus: unum deum in celum adoro et dignitates tuas
quasi lutum contempno. Tunc datur sententia ... ad ... cum ... loci ... ...
... xxx ... ... Cuius corpus
cum capite suo zelo sepelivit.

Katherina dicitur a catha quod
est universum et ruina quasi universalis
ruina. Omne enim edificium diaboli in ea universaliter
corruit.

Nam in ea totum edificium diaboli. h'ie autem hu-
militatem huius carnalis concupiscentia per uir-
ginitatem quam seruauit cupiditas mundana
quia omnia mundana despexit. vel katherina quasi
katheniula quia ex operibus plena quasi quandam
cathenam fecit per quam usque ad celum ascendit
que quidem cathena seu scala iiii gradus
habet scilicet innocentiam operis mundiciam cordis
despectum vanitatis loquelam veritatis quos
propheta ponit ordinatim dicens quis ascendet
in montem domini etc. innocens manibus
et mundo corde qui non accepit in vano animam suam nec iuravit in dolo proximo
suo. Qualiter isti gradus in beata katherina fuerunt
patet in legenda sua. De sancta katherina

Katherina costi regis filia omnibus
liberalium studiis erudita fuit.
Cum autem maxentius imperator omnes
tam divites quam pauperes ad alexandriam
convocasset ut ydolis immolarent et christianos
immolare nolentes puniret katherina
cum esset annorum xviii in palacio divitiis
et servis pleno sola remansisset audiens
diversorum animalium mugitus et cantancium plau-
sus nuncium illuc velociter destinavit. Cognito
autem quid hoc esset ex palacio acceptis assumptis
aliquibus de palacio signo crucis se mu-
niens illuc accessit ubi quam plures christianos
metu mortis ad sacrificia duci conspexit.
Que vehementi dolore cordis sauciata ad im-
peratorem audacter ingressa est et sic ait: salu-
tationem tibi imperator et ordinis dignitas et
rationis via nos movebat si creatorem celorum
agnosceres et ab diis animum revocares.
Stansque ante ianuam templi plurimas
conclusiones sillogizando allegorice et me-
thaforice diversis et multis modis cum
cesare disputavit. Deinde rediens ad
communem collocutionem dixit: hec tibi tamquam sapienti
proposui tamen nunc a te quero mirari quae
causa hanc multitudinem ad colligendam stulticiam
... istud templum manu
artificis operatum miraris ornamenta

preciosa quae velud pulvis ante faciem venti erunt
mirare potius celum et terram mare et omnia quae in eis sunt
mirare ornamenta celorum solem videlicet et lunam
et stellas. Mirare famulatum eorum qualiter ab
initio usque ad finem nocte et die currunt ad
occidentem et redeunt ad orientem et nunquam fa-
tigantur. Hec cum animadverteris interroga et disce quis
eorum potencior. Cum autem ipsum ipso donante intelle-
xeris nec similem illi invenire valueris ipsum
adora ipsum glorifica quia ipse est deus deorum et dominus
dominancium. Cumque de filii incarnatione sapienter
plurima disputasset stupefactus cesar nichil valuit
ad hec respondere. Tandem ad se reversus dixit ad eam: o
mulier sine nos sacrificium perficere et postea ti-
bi responsa reddemus. Precepit igitur eam ad palacium
duci et cum omni diligencia custodiri admirans
nimium eius prudenciam et corporis pulchritudinem
erat enim speciosa valde et incredibili pulchri-
tudine omnium oculis admirabilis videbatur.
Veniens igitur cesar ad palacium dixit katherinae: au-
divimus tuam eloquenciam et miramur tuam
prudenciam sed nos sacrificiis occupati
omnia plane intelligere nequivimus. Nunc autem ab ori-
gine tua requirimus. Cui sancta katherina: scriptum
est nec te collaudes nec te deprimas
quod faciunt stulti qui vana gloria moventur
confiteor tamen meam progeniem non ut me iac-
tem sed ut humilitatis amore. Ego sum katherina
costi regis filia quae quamvis in purpura nata et
liberalibus disciplinis non mediocriter instructa
sim tamen omnia contempsi et ad dominum ihesum christum confugi.
Deos autem quos colis nec tibi nec aliis iuvare possunt.
O infelices cultores ydolorum qui cum invocantur
ad necessitatem in necessitatibus non assistunt in tribulatione
non succurrunt in periculo non defendunt. Cui
rex: si ita est ut ais ergo totus mundus er-
rat et tu sola verum dicis. Cum tamen omne verbum in
ore duorum vel trium consistere debeat si angeli
essent vel celestes virtutes adhuc credere tibi nemo
deberet quanto minus cum tu fragilis femina esse pro-
baris. Cui illa: obsecro cesar ne furore vinca-
ris vincaris perturbacione in sapientis animo nec

[illegible] dicta sic uelut poeta ait. Fuisti re-
x iste rex cuius [illegible] rex [illegible]
pessimis calliditate nos illa que te dispo-
sitionis per exempla plurimorum protrahens in eius medio
ac cesar quod eius sapientie obuiare non posset
mandauit occulte per litteras ut omnes gramma-
tici et rethores ad pretorium alexandrie sine mora
uenirent immunia recepturi si contionatricem uir-
ginem suis allegationibus superarent. Adducti
igitur de diuersis prouinciis .l. oratores qui omnes morta-
les in omni mundana sapientia excellebant.
Qui cum interrogarent cur de tam remotis
partibus euocati fuissent, Cesar respondit: est apud
nos quedam puella sensu et prudentia incompa-
rabilis que omnes sapientes confutat et deos omnes demones
esse affirmat, quam si superaueritis cum
honore magno ad propria redibitis. Ad hec
unus indignatus cum indignatione dixit: O
magnum imperatoris consilium, qui ob unius pue-
lle conflictum sapientes mundi de remotis
partibus ad hoc uocauit, cum unus ex nostris clien-
tibus eam potuit leuissime confutare. Et rex: po-
teram quidem hanc ui ad sacrificandum compelle-
re, sed melius iudicaui ut uestris argumentis
penitus confutetur. Tunc illi dixerunt: adducatur
coram nobis puella ut sua temeritate con-
uicta numquam se sapientes uidisse agnoscat.
Sed cum uirgo certamen quod sibi immineret di-
dicisset, totam se domino commendauit. Et ecce
angelus domini astitit et ut constanter staret ad-
monuit, asserens quod non solum ab illis ui-
nci non poterit, sed insuper illa ipsos conuersos ad mar-
tyrium destinabit. Cum igitur coram o-
ratoribus adducta fuisset, dixit imperatori: Qua iu-
dicio contra unam puellam .l. oratores oppo-
nis et promittis premium de uictoria,
et me sine mercede pugnare compellis? Erit
mihi adiutor dominus Ihesus Christus, qui est spes et co-
rona pro se certantium. Cum igitur oratores dice-
rent hominem aut pati impossibile dicentes, uirgo
et hoc a gentilibus predictum esse ostendit. Nam plato
asserit deum circumrotundum et decurtatum. Sibilla quoque

Sibilla

Sic ait: Felix ille deus ligno qui pen-
det ab alto. Cum igitur uirgo cum oratoribus
sapientissime disputaret et eos apertis ratio-
nibus confutaret, obstupefacti illi quid dice-
rent non inuenientes muti penitus effecti sunt.
Tunc imperator nimio furore contra eos re-
pletus increpare eos cepit cur ab una
puella tam turpiter se uinci permitte-
rent. Tunc unus magister aliorum sic ait: Scias
imperator quod nullus umquam coram nobis stare
potuit quin statim conuinceretur. Hec autem puella,
in qua spiritus dei loquitur, sic nos in admira-
tionem conuertit ut contra Christum aliquid dicere
nesciamus aut omnino formidemus. Unde impera-
tor, confitemur quod nisi probabiliorem sententiam
de hiis quos hactenus coluimus protuleris, omnes
ad Christum conuertimur. Quod audiens tyrannus ni-
mio furore succensus omnes in medio ci-
uitatis cremari iussit. Ac uirgo ipsos
confortans ad martyrium constantes effecit
et de fide eos diligenter instruxit. Et cum dolerent
quod sine baptismo decederent, uirgo dixit: nolite
timere, quia effusio uestri sanguinis uobis
baptismus reputabitur et corona. Cum
igitur crucis signo se munissent, flammis in-
iecti animas deo reddiderunt, nec
capillis nec uestimentis eorum ab igne in
aliquo lesis. Cui cum tyrannus suasisset te-
[illegible] uirgini loquitur dicens:
O uirgo generosa, iuuentuti tue consu-
le, et post reginam in palatio meo secunda
uocaberis, et ymago tua in medio ciui-
tatis fabricata uelud dea adorabitur.
Cui uirgo: desine talia dicere que etiam scel-
lus est cogitare. Ego me exemplo
Christo sponsam tradidi. Ille gloria mea, ille
amor meus, ille dulcedo et dilectio mea;
ab eius amore nec
blanditie nec tormenta me poterunt
reuocare. Tunc ille furore repletus ipsam
spoliatam scorpionibus cedi et ce-
sam in obscuro carcere [illegible] diebus in fame

cunctari regem a partibus diu cum in
stantibus ex regionibus convivia prae
dente regina eius nimio amore suc
censa cum principe militum nomine Porphy
rio media nocte ad carcerem virginis
properavit. Quae cum regina intravit vidit
carcerem inestimabili claritate fulgen
tem et angelos plagas virginis pungen
tes. Incipiensque virgo eterna ei gau
dia predicare et ad fidem convertens coro
nam martirii eidem predixit. Sicque ad mediam
noctem protraxerunt sermonem. Quod cum
Porphyrius audisset, ad pedes virginis
procidit et cum ducentis militibus fidem
Christi recepit. Quam tyrannus per xii dies sine cibo
conclusam teneret, Christus per hos
dies missa de celo candida columba
celesti eam cibo refovebat. Deinde
dominus cum multitudine angelorum et virginum
eidem apparuit dicens: Agnosce filia crea
torem tuum pro cuius nomine laboriosum cer
